



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**L. Annæi Senecæ Philosophi Opera, Qvæ Exstant Omnia**

**Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>**

**Antverpiæ, 1605**

L. Annæi Senecæ Ad Serenvm De Tranqvillitate Animi Liber.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53700](#)

L. ANNÆI SENECAE<sup>A</sup>  
 A D S E R E N V M  
 DE TRANQVILLITATE ANIMI  
 L I B E R.

ARGUMENTVM ET ORDO.

**H**ic libellus inter utiles, & materie ac tractatu insignes. Scriptus est initio redditus sui ab ex filio, cum ad Aulam, & Neroni instituendo, admotus fuit. Hoc apparet ex Capitu 1. verbis: Circumfudit me ex longo frugalitatis situ venientem multo splendore luxuria, & vndique circumsonuit. Luxuriam in Aula tangit, ignotam sibi anteac & iniuisam. Ordo in scripto confusus est, immo vix est: & traeccio, aut defectus, nisi fallor, in multis apparet. Summarium tamen hoc est. Occasio scribendi à sua inconstantiâ, & quod animi semper pendeat, parum firmi in alterutra parte, aut quieti. Hoc ait illorum esse, qui in via sunt ad Sapientiam, sed nondum peruerunt, nec fructum eius gustant, Tranquillitatem. O magnum bonum! & quid ea est? describit. Quomodo perueniam? Inconstantiam fugiendo. Quid igitur ea? & hanc graphice describit. Ea pellitur variis remedii, primum Occupatione: eaque vel Publicâ, si tempora & indoles tua ferent, vel Privata, vt in optimis studiis meditationibusque versere. Non tamen, subito à Rep. fugiendum: multas eius partes esse, & unam aliquam licere amplecti. Hec usque ad Cap. IV. Tunc addit, Si ad negotia imus, tria consideranda: Nosipos, Negotium, Homines quorum causâ, aut cum quibus, actitamus. In Nobis, estimandas Vires, quid & quatenus possumus, neque ultrâ tendamus. In Negotiis, an nos ius pares? item an non catena eorum sit, & longius ducent, regressus semper liberos habendos. In Hominibus, an digni illi labore nostro, & temporis impendo? non sunt autem Vani, Ambitiosi, nec in seriatâ ullâ re occupati. Deinde Capite VIII. parum coherenter addit, Amicum in primis fidum tranquillitati & oblectamento facere: sed qui ingenio tristî non sit, & omnia accusanti. Iterum non optimus textus, & Cap. VIII. de Patrimoniorum modo. ea nec magna, nec nulla Tranquillitati apta; sed media: & qua parsimonia producantur. Luxus autem vitandus, etiam in utilibus vita instrumentis, ut Bibliothecâ & libriss. Post hec etiam saltus Cap. X. & Molestias in omni vita interuenire: sed Confuetudine molliri, tum Aspectu aliena sortis, que sepe deterior. Item Cupidates non longe mittendas, sed ad propinquâ, aut facilita prehendi. Atque hæc Proficiunt & tironi præcipit: nam Sapienti non opus, qui pugnat, immo vincit omnem fortunam. Quam talem & talen præ cogitat, & ipsi præ visione mollit aut frangit. Hec adusque Cap. XI. Ab eo alia tractatiuncula, Non esse in Superuacuis laborandum, neque quantum potest in Alienis. Democriti caleste præceptum inculcat: Nec priuatim, nec publice, multa agi. Nam Cap. XI. à Leuitate arcet, itemque Pertinaciâ: id est, neque assidue in vita mutare: nec si male elegeris, præfracte inhærere. Omnia autem aequo, ac penè bilari oculo adspicere. Quid enim vita, nisi minus? Postremò Simulatio (Cap. XV.) fugienda, & anxia sui compositio: simplicitas assumatur, & interdum hilaritas, atque etiam conuicia aut liberalior potus. Mergit hoc curas, & animum liberat atque attollit. In fine claudit, dixisse, Quæ Tueri Tranquillitatem possint, que Restituere: ex quibus videoas partitionem que fuit, sed mehercules nunc non exstat. Itaque, ut multa Seneca, in partibus laudatum opusculum est; ordo uniuersi labat. atque id in iuria temporum, aut certè exscriptorum.

CAPVT

A

## CAPVT PRIMVM.

**N**QVIRENTI mihi in me,<sup>1</sup> Serene, quædam vitia apparet  
bant reiecta, in aperto posita, quæ<sup>2</sup> manu prenderem, quæ  
dam obscuriora, &<sup>3</sup> in recessu, quædam non continua, sed  
ex interuallis redeuentia: quæ vel molestissima dixerim, ut  
<sup>4</sup> hostes vagos, & ex occasionibus affilientes, per quos neutrū licet, nec tamquam in bello paratum esse, nec tam  
quam in pace securum. Illum tamen habitum in me maximè deprehendo (quare enim non verum ut medico<sup>5</sup> fatetur?)  
me nec bonâ fide liberatum iis, quæ timebam & oderam,  
nec<sup>6</sup> rursus obnoxium. In statu ut non pessimo, ita maxi-  
mè querulo & moroso positus sum:<sup>7</sup> nec ægrotō, nec valeo. Non est quòd dicas, om-  
nium virtutum tenera esse principia, tempore ipsis duramentum & robur accedere. Non  
B ignoto, etiam quæ<sup>8</sup> in speciem laborant, dignitatem dico, & eloquentię famam, & quic-  
quid<sup>9</sup> ad alienum suffragium venit, morā conualefcere: & quæ<sup>10</sup> veras vires parant, &  
quæ ad placendum fuso quodam subornantur, exspectant annos, donec paullatim co-  
lorem diuertitas ducat: sed ego vereor, ne<sup>11</sup> consuetudo, quæ rebus affect constan-  
tiam,<sup>12</sup> hoc vitium in me altius figat. Tam bonorum, quam malorum, longa con-  
uersatio<sup>13</sup> amorem inducit. Hæc animi inter virrumque dubij, nec ad recta fortiter, nec  
ad praua vergentis, infirmitas qualis sit, non tam semel tibi possum, quam per partes  
ostendere. Dicam quæ accident mihi: tu morbo nomen inuenies. Tenet me sumimus  
<sup>14</sup> amor parcimonie, fatetur. placet non in ambitionem<sup>15</sup> cubile compositū, non<sup>16</sup> ex ar-  
culâ

## COMMENTARIUS.

C **A P. I. 1. SERENE.]** Ad hanc scri-  
psit. & est, opinor, Annatus Serenus,  
quem Prefectum vigilum Neronis,  
interemptum cum toto conniuto, esu  
fungorū, Plinius scribit, li. XXII. Cer-  
te inter amicos interiores Seneca fuit, & Tacitus ita  
memorat Annal. XIII. ubi de Acte libertà. Ante Se-  
necam obiit, & facetus ipse mortem eius immodecē se  
flexisse, epist. LX III. Tamen quidam libri hic non  
Serene, sed Seneca preferunt, quasi hac omnia ver-  
ba & sermo Sereni sint, usque ad II. Caput. Quod  
mihi minime uidetur: sed est familiariter Seneca, apō-  
qān sine occasionem scripti interdum figurae pro-  
ponere, & dilatare, atque ita ad rem venire.

D **2. MANV PREND.]** Proverbiale, de claris aper-  
tisq. De Benef. VI. cap. XLII. Soleo notare hunc in  
te affectum, & quasi manu prendere.

**3. IN RECESSV.]** Non in fronte & propa-  
lam posita.

**4. HOSTES VAGOS.]** Ut Scythas aliquos,  
aut Numidas.

**5. FATEAR.]** Benē, nam ut idem epist. LIII.  
vitia sua confiteri, sanitatis indicum est. Iterum-  
que: Morbi ad sanitatem tunc inclinant, cum  
ex abdito erumpunt.

**6. RVRVS OBNOX.]** Posit & prorsus legere:  
sed non muto. Obnoxium autem, morigerum, subie-  
ctum. Sallustius: Minari interdum ferro, ni sibi ob-  
noxia foret. Vide Agell. lib. VII. cap. XVI.

**7. NEC AEGROTO.]** Plerique incipientium aut

proficiuntur sic affecti. Sed ut Seneca (epist. XX.) vi-  
tium est hæc diuersitas, & signum vacillantis ani-  
mi, & nondum habentis tenorem suum.

**8. IN SPECIEM.]** Quod minimè virtus fa-  
cis, que se contenta. Sed in speciem laborat Ambitio,  
ut Dignitatem (ita hic appellat) consequatur; Elo-  
quentia, ut Famam.

**9. AD ALIEN. SVFFR.]** Nam hac talia ab alio-  
rum iudicis suspensa.

**10. VERAS VIRES.]** Ut virtus, & quidquid so-  
lidum petit.

**11. CONSVETVDO.]** Onidius: Quod malè fers,  
assuece, feres bene. multa vetustas Lenit.

**12. HOC VITIVM.]** Animi labantis & in-  
constantis.

**13. AMOREM.]** Lucretius:  
— consuetudo concinnat amorem.

**14. AMOR PARCIM.]** Vel haec & sequentia pa-  
lām doceant, Senecam de se & in sua persona loqui,

**15. CVBILE COMPOSIT.]** Alto toro; purpurea  
atque aurata veste instrutum, lecto argenteis, ebur-  
neis, aureis pedibus.

**16. EX ARCVLA.]** In quam deponere uestes so-  
lent; & ut niterent, ac pœca essent, pondere imposito  
premere. Erant igitur Arculae, sed vicem etiam præli  
aut torcularis. Seneca epist. XC III. Quis vimquam  
vestimenta aestimauit arcula? Columella: Quales  
sunt arculae, in quibus vestimenta forensia con-  
duntur. Noster epist. XC VI. De capsula totos, hos  
mundulos fortasse (vide ita) appellat: ut hodie dici-  
mus, Ex arcula aliquem prodire.

culà prolata vestis, non <sup>17</sup> mille ponderibus aut tormentis splendere cogentibus pressa: <sup>18</sup> sed domestica, & vilis, nec seruata, nec sumenda sollicitè. Placet <sup>19</sup> cibus, què <sup>20</sup> nec parent familiæ, <sup>21</sup> nec spectent: non <sup>22</sup> ante multos paratus dies, nec multorum manibus ministratus, sed parabilis facilisque, nihil habens accessiti pretiosive, vñlibet non defuturus, nec patrimonio grauis, nec corpori, nec redditurus <sup>23</sup> quà intrauerat. Placet minister <sup>24</sup> incultus & <sup>25</sup> rudis vernula; <sup>26</sup> argentum graue <sup>27</sup> rustici patris, sine ullo opere & nomine artificis; & mensa non varietate <sup>28</sup> macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum <sup>29</sup> successiones ciuitati nota: sed in usum posita, quæ nullius coniuic oculos nec voluptate moretur, nec accendat inuidiâ. Cum benè ista placuerunt, præstingit animum apparatus alicuius <sup>30</sup> paedagogij, diligenterius quam iam <sup>31</sup> intra priuatum larem vestita, & auro culta mancipia, & agmen seruorum nitentium. Iam domus etiam <sup>32</sup> quæ calcatur pretiosa, & diuitis per omnes angulos dissipatis, <sup>33</sup> recta ipsa fulgentia, & <sup>34</sup> assecator comesque patrimoniorum pereuntium populus. Quid perluentes ad imum b.

17. MILLE PONDER. ] Vides quod de prælis dixi: ac sic appellant. Martialis:

Sic tua suppositis pelluent præla lacernis,

Et micat innumeris arcula syntheibus.

Miror probari eruditio viro ibi, prata lacernis: longinquæ imagine, & ineptâ. Res clara est. Et ita Statius:

— prælisque folutea

Mira Dionæ sumit velamina telæ.

Ammianus Pressoria dixit, lib. XXVIII. Solitis lego solutis, ut in Statio) pressoriis vestes, luce nitentes arbitra, diligenter explorant. Iterum Martialis:

De Pallatinis dominæ quod ferica prælis.

18. SED DOMESTICA. ] An domi, & à meus, facta? hoc puto, non peregrina. an quâ domi solemus uti, obfoletiore & minus splendente? Nam lautiores duplēcēam habebant, Domesticam & Forensim. Ammianus XXXI. de Hunnis, facie: Nec est alia illis Domestica vestis, alia Forensis: ut scilicet his Romanis. Cicero 11. De Finib. Aut ut vestitum, sic sentient habeam, aliam Domesticā, aliam Foreensem. Adde Sueton. Augusti cap. LXXXIII. Vitellii cap. IX.

19. CIBVS QVEM. ] Nam in magnis opibus mirari frugalitas, an quo nomine appellē? Vide epist. CIX. & LXXX.

20. NEC PARENT. ] Id est, in quo parando non multis occupentur.

21. NEC SPECTENT. ] Nec gres puerorum mensa adset, inhians atq; imminens in lautiorem cibum.

22. ANTE MVLTO. ] Atqui nec probetur cibus diu autē coctus, & spernant delicati. Paratus ergo, quæsisius & emptus: ut solent peregrina aucupia aut pices. Tamen alijs libri, imperatus: recte. de nimia curâ & dispositione.

23. QVA INTRAV. ] Per os, euomitione.

24. INCVLTVS. ] Non auratus, aut canusinatus, nec Pedagogij in morem cultus.

25. RVDIS VERNVLA. ] Domi natus. Non Phryx, aut Lycius, non à mangone petitus.

26. ARGENTVM GRAVE. ] In quo nihil præter pondus estimandum: non calatum. Plinio id Purum dicitur lib. 111. epist. 1. Apponitur cæna non minus nitida quam frugi, in argento puro & antiquo. Inuenialis: — argenti vascula puri.

27. RYSTICI PATRIS. ] Non in urbe nati, sed domo Cordubâ. Seneca apud Tacitum lib. xiv. Egōne equestri & prouinciali loco ortus, proceribus ciuitatis annumeror?

28. MACVLARVM. ] De Benefic. VII. cap. ix. Ed preciosius (lignum hoc citri) quod illud in plures nodos arboris infelicitas torfit. Nam he sunt illæ maculae amatae & estimatae olim: de quibus & Plinius, XI. cap. xv. Precipua dos in venam crisps, vel in vortices variis. Illud, oblongo cuenit discutit, ideoque Tigrinum appellatur: hoc, intorto, & ideo tales Pantherinæ. Sunt & vndatim crisps, maiore gratia, si pauorum caudæ oculos imitantur. Max: Iuvant plura quoque in vnâ mensâ vitia. Et antè: Quod tanti emittit, arborum virtus est, quæ respondent illis Senecæ de arborum infelicitate. De his mensis, Lucanus:

Dentibus his niueis sectos Atlantide silvâ Imposueri orbes.

Nam lignæ istæ mensæ ebore sustinetur. Inuenialis: latos nisi sustinet orbes

Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatu.

Vide plura De Benef. loco iam citato.

29. SVCCESIONES. ] Ut Plinius eu illa M. Tullij, & Africij Pollionis, & Inba regis, alieq.

30. PÆDAGOGII. ] Puerorum, qui sub pedagogo, qui erant, ut nostri isti Honorari pueri, gnos Paugos (neficio an inclinatâ illine voce) vocamus. Vide me ad Annalem XV. Taciti.

31. INTRA PRIVATVM. ] Vox priuatum, in nullo veterum extat. quorum alijs, intra latus, meus, intralacum; Pinciani, intra larem. Hand male hoc ultimum: sic tamen ut priora leuiter immutes, diligenteriusque iam intra. ut explicet hoc de apparatu paedagogij, & dicat mancipia intra larem & domum, dominum aut coniuratum oculis, sic vestiri, sic coli. An placeat, diligenterius quam intra larem? & explice. Dmus, diligenterius quam deceat priuatum domum. Palatinum & aule in morem, ministri coluntur. Enim vero aliquid Aula opponi, vel ex eo videatur: quod inibi mancipia aurata. Lampridius in Alexandre: Auratum vestem ministrorum nullus, vel in publico coniuvio habuit. Et de Pedagogianis istis Ammianus XXVI. Tunicâ auro distinctâ, ut regius minister, indutus, à calce ad pubem, in Pædagogiani pueri speciem. Plinius allusit, ubi de Auro: Honestius viri pædagogii id damus.

32. QVA CALCATVR. ] Solum & pavimentum, & marmore, auro & gemmis etiam mixta.

33. TECTA. ] Item auro vel ebore laqueata.

34. ASSECTOR. ] Ut semper, nec defunt stultorum

A imum aquas, & <sup>35</sup> circumfluentes ipsa conuiuia? quid epulas loquar, <sup>36</sup> scenâ suâ dignas? Circumfudit me ex longo <sup>37</sup> frugalitatis situ venientem, multo splendorē luxuria, & vndique circumsonuit. Paullum titubat acies: facilius aduersus illam animum, <sup>38</sup> quam oculos attollo. Recedo itaque non peior, sed tristior: nec inter illa <sup>39</sup> friuola mea tam latus incedo, tacitusque morfus subit, & dubitatio, numquid illa meliora sint. nihil horum me mutat, nihil tamen non concutit. Placet <sup>40</sup> vim præceptorum sequi, & <sup>41</sup> in median ire Rempublicam: placet honores fascesque, non purpurâ aut <sup>42</sup> aureis virgis <sup>43</sup> adductum capessere, sed vt amicis propinquisq; & omnibus ciuib; omnibus deinde mortalibus paratior vtiliorq; sim, <sup>44</sup> proprius positus. Sequor Zenonem, Cleanthem, Chrysippum: quorum tamen nemo ad Rempub. accessit, nemo <sup>45</sup> non misit. <sup>46</sup> Ad quam cum animum insolitum <sup>47</sup> arietari permisi, vbi aliquid occurrit, aut <sup>48</sup> indignu (vt in omni vitâ humanâ multa sunt) aut parum <sup>49</sup> ex facili fluens, aut multum temporis res non magno æstimanda poposcerunt, <sup>50</sup> ad otium conuertor. & quemadmodum pecoribus, fatigatis quoque, velocior <sup>51</sup> domum gradus est: placet intra partes suos vitam coercere. Nemo ullum auferat diem, nihil dignum <sup>52</sup> tanto impendio rediturus. sibi ipse animus hæreat, se colat, nihil alieni agat, nihil quod <sup>53</sup> ad iudicem spectet: <sup>54</sup> ametur expers publicæ priuatæq; curæ tranquillitas. Sed vbi lectio fortior erexit animum, & aculeos subdiderunt <sup>55</sup> exempla nobilia: profilire libet in forum, commode alteri <sup>56</sup> vocem, alteri <sup>57</sup> operam, et si nihil profuturam, tamen conaturam prodese: alterius coercere in foro superbiam, male secundis rebus elati. <sup>58</sup> \* In studiis puto incher-

eule

stultorum diuitium arrosores, & quod sequitur, arrifores, ut noſter aliſ.

35. CIRCUMFLVENTES.] Epifola c. Concisura aquarum cubiculis interfluentium. Plura ibi.

36. SCENA SVA.] Cùm domus, & cenatio, & ministram culti sint: quidni epule, qua in hoc velut C theatro exhibentur?

37. FRUGALITATIS SITV.] Hec clamant omnia à Seneca, & de Seneca, ista dici. Veniebat ut optimus ab exilio (ut veterem eius frugalitatem omittam) & ab illis tenebris in hanc Aula lucem. itaque meritio trepidat & exalat, circumfundi se nouo splendore luxuriae.

38. QVM OCVLOS.] Ad me apto. Et lectori in genue aperio, animo qvm vultu, ad omnia externa, fortiore esse.

39. FRIUOLA.] Tenuem vitemq; supellecilem, & instrumentum. Glosse: Fruiola, vasa fictilia. Idem Isidorus lib. ix. Fruiola vocantur proprie, vasa fictilia inutilia. Proprie, sed longius producent. Iuuenalis: iam fruiola transfert Vcalegon.

Seneca 111. Controuer. Ego illos in fruiola mea D inuitau.

40. VIM PRÆCEPTORVM.] Intellegit præcepta Stoica, qui ad remp. mittebant.

41. IN MEDIUM.] Vi ille apud Horatium, via aenea:

Nunc agilis fio, & mersor ciuib; vndis,  
Nunc in Aristippi furtum præcepta relabor.

42. AVREIS VIRGIS.] Putavi elim, laureis: ut ad triumphorum spem alludat. Sed magis manc adheserim libris, qui totum hoc verbi spernunt. Virgis adductum, scitorum scilicet, qui virgas manu tenebant, usq; submouebant: siue ipsas fasces vis interpretari. In Apuley Mileſiacâ 1. Lixas, & virgas, & habitum prorsus magistratui conuenientem in te video. Sed hoc in coloniâ. vbi loco fascium, bacilli, folli aut virga. Est qui aureas virgas hic tenet, & ad

auratos fasces refert. Sciat, inferioris eni, & Principum modo finisse.

43. ADDVCTVM.] Id est, non insignibus illis honoris, aut honore ipso motum.

44. PROPVIS POSITVS.] Reip. iam admotus: non domi, & in otio latians. Libri tamen scripti ferè, compositus, quod nec improbum, quasi in arenam certamenq; iam venerim, commissus cum rebus.

45. NON MISIT.] Alios præceptis suis iubent accedere, ipsi absunt. De causa ista, in fine libri De vita beatâ.

46. AD QVAM.] Scripti quidam longè aliter (fortasse germanius:) Vbi aliquid animam insolitam arietari percussit, si tamen facias, aliquis animum insolitum.

47. ARIETARI.] Percuti, incurri, frequens nostro verbum.

48. INDIGNVM.] Cum indignitate coniunctum.

49. EX FACILI.] De Benef. III. cap. VIII. Qui beneficium ex facili largitus est.

50. AD OTIVM.] Rempublicam omitto.

51. DOMVM GRADVS.] Sic mihi ad me & mea, relictis publicis. Eo enim comparatio speditat.

52. TANTO IMPENDIO.] Nam revera, veteri dico: uerisq; avâdæma χρόνος: Maximum impendium, tempus.

53. AD IVDICEM.] Quod ab alieno iudicio pendeat, Deo & sibi placeat.

54. AMETVR EXPERS.] Ametur, ametur, cum poëta,

Et secura quies, & ne scia fallere vita.

55. EXEMPLA NOB.] Eorum qui remp. animosè tractarunt.

56. VOCEM.] Patroni vice.

57. OPERAM.] Aduocati vice.

58. IN STVDIIS.] Ego hic defectum aut confusione odorari videbar: nec satis, meo animo, ista contexta.

cule melius esse res ipsas intueri, & harum causâ loqui: ceterum<sup>59</sup> verba rebus permittere, ut quâ duxerint, hac inelaborata sequatur oratio. Quid opus est fæculis duratura componere? Vis tu<sup>60</sup> non id agere, ne te posteri taceant? morti natus es: minus molestiarum habet funus<sup>61</sup> tacitum. Itaque occupandi temporis causâ, in vsum tuum, non in praconium, aliquid simplici stilo scribe. minore labore opus est studentibus<sup>62</sup> in diem. Rursus ubi se animus cogitationis magnitudine leuavit, ambitiosus in verba est, altiusque, ut spirare, ita eloqui gelit, & ad dignitatem rerum<sup>63</sup> exit oratio: oblitus tum legis prefflorisque iudicij, sublimis feror, &<sup>64</sup> ore iam non inco. Ne singula diutius persequâr, in omnibus rebus hæc me sequitur bona mentis infirmitas:<sup>65</sup> cui ne paullatim defluam vereor, aut quod est sollicitus, ne semper casuо simili pendeam, & plus fortasse sit, quam quod ipse prouideo. Familiariter enim domestica aspicimus, & semper iudicio fauor officit.<sup>66</sup> Puto multos potuisse ad sapientiam peruenire, nisi putassent se peruenisse: nisi quædam in se diffundulascent, quædam<sup>67</sup> apertis oculis transilissent. Non est enim quòd nos magis alienâ iudices<sup>68</sup> adulacione perire, quam nostrâ. Quis sibi verum dicere ausus est? quis non inter laudantium blandientiumque positus greges, plurimum tamen sibi ipse assentatus est? Rogo itaque, si quod habes remedium, quo hanc fluctuationem meam sistas, dignum putas me, qui tibi tranquillitatem debeam. Non esse periculosos motus animi, nec quicquam tumultuosí afferentes, scio. ut verâ tibi similitudine id de quo queror exprimam, non tempestate vexor, sed naufragâ. Derrahe ergo quidquid hoc est mali, & succurre in conspectu terrarum laboranti.

Quarto mehercule iamdudum, Serene, ipse tacitus, cui tales affectum animi similem puteam.<sup>69</sup> nec nullius proprius admoneor exemplo, quam eorum qui ex longâ & graui valetudine expliciti, motiunculis, leuibusque interim offensis perstringuntur, & cum reliquias effugerint, suspicionibus tamen inquietantur, medicisque iam sanî manum porrigunt, & omnem<sup>70</sup> calorem corporis sui calumniantur. Horum, Serene, non parum sanum est corpus, sed sanitati parum affuevit: sicut est<sup>71</sup> quidam tremor etiam tranquilli maris, aut lacus,

II.

cùm C.

**59. VERBA REBUS.]** Ad illud Horatianum:  
Verbaq[ue] præfam rem non invita sequentur.

**60. NON ID AGERE.]** Planè scriendum, nunc id. In ea voculâ emphâsi, tu num mortalîs, & brevis eris, capere animo vis posteriori atem.

**61. TACITVM.]** Quietum & silens, non illud Publicum, in quo præco, designator, imaginet, ludi, pompa. Sed & aliter Funus tacitum, hominis ignoti, & de quo nec sermo. Tale optat alter Seneca: Atas pertacitum fluat. Sic cum transierint mei Nullo cum strepitu dies, Plebeius moriat senex.

**62. IN DIEM.]** Non annos aut eum: ut y qui eum cogitant.

**63. EXIT ORATIO.]** Ita libri omnes: at Muretus, exsurgit. Siquid mulandum, fecerim exsilit, siue exsilit.

**64. ORE IAM.]** Et hic variant. alijs, ore tamum modo: alijs, ut meus, ore tamum meo. Atque hoc sane ad vulgatum illud accedit, videturq[ue] alludi ad Sibylam Virgilianam, que Deo plena - maiorque videri, Nil mortale sonans. Probat ipse in fine libelli: Tunc denique aliquid eccinit grandius ore mortali.

**65. CVI NE.]** Parum heret: sed nec vulgatum alijs, cum ne. mihi placebat, quin ne.

**66. PUTO MULTO.]** Ego tecum, ô Anne. Quot <sup>\*Opinatus</sup> experimenta ceperit in iuuentute huius<sup>\*</sup> ðoxnōiōdīaz, Sapientia, ut Plato appellat & quam primum in viâ pedem posuerint, nisi eum habere in meâ. Itaque recte Bon, r̄m cōmōdāt̄, d̄egnōt̄ h̄c, h̄no w̄m: Opinionem

aiebat, profectus impedimentum, siue (Greco ipso verbo) incisionem esse. Cui Fabius conponat: Magnos quoque profectus frequenter perdit, arrogans de se persuasio.

**67. APERTIS.]** Mallem, opertis, clausisq[ue]. Videntes videre noluerunt.

**68. ADVLATIONE PERIRE.]** Veteris scriptoris verbum in Io. Salisberiensi: Omnis Romanus adulatio corruptitur, aut corruptum. Et de suis aut moribus Seneca epist. lx. Non sumus modica adulatio contenti: quidquid in nos adulatio sine pudore congregat, tanquam debitum prendimus. Iterum de Beneficiis vi. cap. xxx. Adulandi certamen est, & vnum amicorum omnium officium, vna contentio, quis blandissime fallat.

**CAP. II. 69. NEC VLLIVS.]** E meo & Pin- diam libris, nec ulli proprius admouerim exemplum: id est, non alijs res aptius, magisque vicine comparauerim.

**70. CALOREM.]** Quem Febrim statim interpretatur.

**71. QVIDAM TREMOR.]** Idem De Breuit. vii. cap. ii. Velut in profundo mari, in quo post ventum quoque volutatio est. Lucanus:

- sed ut timidus, Boreæ post flamina, pontus Rauca gemit.

Statius:

Vt si quando ruit debellatasque reliquit Eurus aquas, pax ipsa tumet, pontumque iacentem Examini iam voluit hiems.

Clau-

A cùm ex tempestate requieuit. Opus est itaque non illis durioribus,<sup>72</sup> quæ etiam transcurrimus, vt alicubi obstes tibi, alicubi irascaris, alicubi infestes grauius;<sup>73</sup> sed illud quod ultimum venit, vt fidem tibi habcas, & rectâ ire viâ te credas, nihil auocatus transuersis multorum vestigiis passim discurrentium, & quorundam circa ipsam errantium viam. Quod desideras autem, magnum & summum est, Deoq; vicinum, non concuti. Hanc stabilem animi sedem Græci *Eubulus* vocant, de quâ Deinocriti<sup>74</sup> volumen egregium est: ego Tranquillitatem voco. nec enim imitari, & transferre verba, ad illorum formam necesse est: res ipsa, de quâ agitur, aliquo signanda nomine est, quod appellationis Græce vim debet habere, non faciem. Ergo querimus, quomodo<sup>75</sup> animus semper<sup>76</sup> æqualis, secundoque cursu eat,<sup>77</sup> propitiusque sibi sit, & sua latus adspiciat: & hoc gaudium non interrumpat, sed placido statu maneat,<sup>78</sup> nec attollens se vñquam, nec deprimens. Id Tranquillitas erit. Quomodo ad hanc perueniri possit, in vniuersum queramus: sumes tu ex publico remedio, quantum voles. Totum interim vitium in medium protractum hendum est, ex quo agnoscet quisque partem suam:<sup>79</sup> simul tu intelliges, quanto minus negotij habcas cum fastidio tui, quam hi quos ad<sup>80</sup> professionem speciosam alligatos, & sub<sup>81</sup> ingenti titulo laborantes, in suâ<sup>82</sup> simulatione pudor magis, quam voluntas tenet. Omnes in eâdem causa sunt, & hi qui leuitate vexantur, ac tædio, affluitaque mutatione propositi, quibus semper magis placet<sup>83</sup> quod reliquerunt: & illi, qui marent & oscitant. Adiice illos, qui non aliter, quam quibus difficultis somnus est, versant se, & hoc atque illo modo componunt, donec quietem lassitudine inueniant, statum vitae sui formando subinde, in conouissimè manent, in quo illos non murandi odium, sed senectus ad nouandum pigra deprehendit. Adiice & illos, qui<sup>84</sup> non inconstantia virtutum patrum leues sunt, sed inertiam. Viuunt, non quomodo volunt, sed quomodo cœperunt. Innumerabiles deinceps propriates sunt, sed vñus effectus virij, displicere sibi. Hoc oritur ab intemperie animi, & cupiditatibus timidis, aut parum prosperis, vbi aut non audent, quantum concupiscunt, aut non consequuntur, & in spem toti prominent, semper instabiles mobilesque. quod necesse est accidere pendentibus. Omni vita<sup>85</sup> pendunt,

*Claudianus:* -ceu murmurat alti  
Impacata quies pelagi, cùm flamine fracto  
Durat adhuc sequiturque tumor.

72. *QVÆ ETIAM TRANSC.*] *Videtur dicere que nos iam perusimus, à quibus liberis sumus. Si tamen lectio sincera: & pleraque in his aliquot clausulis anterioribus (iam ab illis verbis "In studiis) diluta, impura, aut suspecta sunt. Posset etiam interpretari, Quæ transcurrimus, quæ leuiter libamus & tangimus; quia iam superuacua.*

73. *SED ILLVD.*] *Siquid video, illo legendum. opus non illis durioribus, sed ista leniore.*

74. *STABILEM.*] *Alludit ad Democriti vocem, qui Tranquillitatem vñca vocavit: Stabilitatem animi, & Constantiam. Imo & volumen eo titulo seorsim scripsit, præter illud *τὸν τὸν θεόν*, sive *De Tranquillitate*. Nam siud ad Seneca eum pertinet, quod ian ostendit: illud prius perit, quod clarè Diogenes scribit: οὐδὲν οὐδὲν εὔπορον τινquit, Nam Constantia eius non repertit.*

75. *VOLUMEN EGREGIVM.*] *Laudas, & mones desiderium: frustra fuit, ut multa alia præclaras. Sed & Panætij Stoici eâdem inscriptione liber, item Hipparchi Pythagoricæ: denique & Plutarchi Chæronei, qui exilit.*

76. *ANIMVS SEMPER.*] *Descriptio est Tranquillitatis uberior. quam ipsam ita Democritus efformabat: Καθὼν γαλωνάς καὶ ωραῖας Φυχὴ διέσει, διὸ οὐδεν ταχετούν φέσον, ή διοιδημονίας, ή ἀλλα τινες παθοῦν. Per quam tranquille & con-*

stanter animus agit, nullo metu perturbatus, vel superstitionis, vel alterius affectus.

77. *ÆQUALIS.*] *Fornicæ, æquali secundoque. Est Stoicorum iugula.*

78. *PROPITIVSQUE SIBI.*] *Volens & benignus. non sibi aut fortune sue iratus.*

79. *NEC ATTOLLENS.*] *Planè qualis ille Cotta apud Sallustium: Bona secundæque res, opes non ingenuum mihi mutabant. Enimvero mutari ad hæc incerta & externa, ut Epictetus loquitur, λοιποὶ γάρ τοι καὶ εὔχεται: imperiti constitutio est, & character.*

80. *SIMVL TV.*] *Hæc verba videantur pro iis, qui priorem totam partem & querelam Sereni esse volunt interrogant. Sed, ut rem dicam, hic livellus satis confusus est: à scriptore, an ab euo: sed confusus.*

81. *PROFESSIONEM.*] *Ad Philosophos falsos hoc referis: an ad eos, qui in luce publica, magistratus & rectores: utruus potest.*

82. *INGENTI TITULO.*] *Sub prescriptione honestæ, sine sapientia, ut philosophi, sive cura publice & iustitia, ut alij.*

83. *SIMULATIONE.*] *Quæ preferunt sibi benè & beatè esse, incundè & tranquille vivere.*

84. *QVOD RELIQVERVNT.*] *Vt viduis mulierculis defuneti mariti.*

85. *NON INCONSTANTIA.*] *Veteres, constantia, ex quo Pintianus: qui non constantia, in virtute assentior, sed hoc amplius, in virtute legi velle.*

86. *PENDENT.*] *Parum suauiter repetitur: nam preiuit pendentibus, sed pasim hic interpolatio.*

dent, & in honesta se ac difficultia docent, coguntque: & vbi sine præmio labor est, tor- A  
quet illos irritum dedecus, nec dolent praua, sed frustra voluisse. Tunc illos & peniten-  
tia cepti tenet, & incipiendi timor, subrepitque illa iactatio animi, non inuenientis exi-  
tum, quia nec cupiditatibus suis imperare, nec obsequi possunt; & cunctatio vitæ parum  
se explicant, & inter<sup>87</sup> destituta vota torpentis animi situs. Quæ omnia grauiora sunt,  
vbi odio infelicitatis operosæ ad otium profugerunt, & ad secreta studia: quæ<sup>88</sup> pati non  
potest animus ad ciuilia erectus, agendique cupidus, & naturā inquietus, patum scilicet  
in se solatiorum habens: ideoque detracctis oblectationibus, quas ipsæ occupationes dis-  
currentibus præbent, domum, solitudinem, parietes non ferr, inuitus adspicit se sibi re-  
lictus. Hinc illud est tedium, & displicentia sui, & nusquam residentis animi volunta-  
rio, & otij sui tristis atque ægra patientia: vtique vbi causas fateri pudet,<sup>89</sup> tormenta in-  
trorsus egit verecundia, in angusto inclusæ cupiditates, sine exitu, se ipsæ strangulant. In-  
de maior inarcorque, & mille fluctus mentis incertæ, quam inchoata habent suspen-  
sam, deplorata tristem: inde ille affectus otium suum detestantium, querentiumque B  
nihil ipsos habere quod agant, & alienis incrementis inimicissima inuidia. Alit enim li-  
uorem infelix incertia: & omnes destrui cupiunt, quia se non potuerunt prouehere: & ex  
hac deinde auersatione alienorum processuum, & suorum desperatione, obirascens for-  
tunæ animus, & de sæculo querens, & in angulos se retrahens, & poenæ incubans suæ,  
dum tædet sui, pigetque. Naturā enim humanus animus agilis est, & pronus ad motus.  
grata omnis illi excitandi se abstrahendique materia est; gratiæ quibusque pessimis in-  
geniis, quæ occupationibus libenter deteruntur. Ut vlcera quædam nocturas manus ap-  
petunt, & tactu gaudent, & secundam corporum scabiem delectat, quicquid exasperat:  
non aliter dixerim his mentibus,<sup>90</sup> in quas cupiditates velut mala vlcera eruperunt, vo-  
luptati esse laborem vexationemque. Sunt enim quædam, quæ corpus quoque nostrum  
cum quodam dolore delectant: vt versare se, & mutare nondum fessum latus, & aliò  
atque aliò<sup>91</sup> possum ventilari. Qualis ille<sup>92</sup> Homericus Achilles est, modò pronus, mo-  
dò supinus, in varios habitus se ipse componens. quod proprium ægri est, nihil diu pati,  
& mutationibus vt remedii vti. Inde peregrinationes suscipiuntur vagæ, & littora per-  
errant, & modò mari se, modò terrâ experitur semper presentibus infesta leuitas. Nunc Campaniam peramamus. iam<sup>93</sup> delicata fastidio sunt: inculta videantur. Bruttios & Lu-  
canos saltus persequamur. Aliiquid tamen inter deserta amoeni requiratur, in quo luxu-  
rosi oculi longo locorum horrentium squallore reuelentur. Tarentum perturbatur,<sup>94</sup> lauda-  
tusque portus, & hiberna cœli mitioris, & tecta vel<sup>95</sup> antiquæ satis opulenta turba.  
Iam flectamus cursum ad urbem. nimis diu<sup>96</sup> à plausu &<sup>97</sup> fragore aures vacauerunt:

iuuat

87. DESTITUTA VOTA.] *A successa & Fortuna.*88. PATI NON POTEST.] *Nec mirum.* nam pri-  
mum argumentum est (*noster epif. 11.*) compo-  
sitæ mentis, posse consistere, & secum morari.  
*Horatius in i. os.*Non horam tecum esse potes, non otia recte  
Ponere, teq; ipsum vitas fugitiuus & erro.89. TORMENTA.] *Cum articulo scriberem, &*  
*tomenta.*90. IN QVAS.] *Forè, in quis id est, quibus.*91. POSITVM.] *Gruterus, positu.*92. HOMERICVS ACH IL.] *Versus quos tan-  
git, in Iliad. o.*Αλλοτ διπλανης καταπιεμος, αλλοτεδ' αντε-  
τηλιος, αλλοτε δ' εφηνης, τότε δ' ορθος ἀνατέξει:  
Nunc lateri incumbens, iterum post paullo  
supinus.Corpore, tū pronus, tū surgens deniq; rectus.  
*Quos & Iuuenialis adspexit, aut verit:*

- noctem patitur lugentis amicum

Pelidae, cubat in faciem, mox deinde supinus.

93. DELICATA.] *Ad ipsam Campaniam refer, que*

nihil nisi celi soliq; deliciæ: præserim ut tunc culta.

94. LAUDATVSQ VE PORTVS.] *Liauo descri-  
ptus, libro xxv. & Floro 1. cap. XVIII.*95. VEL ANTIQVA.] *Sententia est, Tedit  
etiamnunc tam multa & lata, ut vel antiquam tur-  
bam (id est, quæ olim fuit) possint capere. Nam Taren-  
tum, Croton, Metapontus, magna illa & florentissi-  
ma olim epida (ita vices rerum sunt) tunc deserta. No-  
minatim hoc de Tarento, Strabo: Vetus murus am-  
bitum habet magnum, nunc autem maior urbis  
pars, ad Isthmum sita, deserta est. DioChrysostomus  
in Tarisco primo: Nonne Sybaris, quæ maximè  
luxuriata est, maxime perit? nonne Croton &  
Thurij, & Metapontus, & Tarentum? quæ olim  
sic floentes & potentes, quæ urbe non sunt nunc  
desertiores? Tamen suspecta lectio.*96. A PLAVSV.] *Theatrali.*97. FRAGORE.] *Circensi. Iuuenalis:*  
- & fragor autem Percutit, eventum viridis  
quo colligo panni. Neque nego in theatris potuisse  
& fragorem esse populi iniciati: sed magis in Circu, vi-  
ctoria illo enenti, inter factiones & Iffonsiones.

98. SEM-

A iuuat iam & humano sanguine frui. Aliud ex alio fuscipitur, & spectacula spectaculis mutantur: ut ait Lucretius,

*Hoc se quisque modo<sup>98</sup> semper fugit.*

Sed quid prodest, si non effugit? sequitur se ipse, & vrget grauissimus comes. Itaque sci-  
re debemus, non locorum vitium esse quo laboramus, sed nostrum. Infirmi sumus ad  
omne tolerandum, nec laboris patientes, nec voluptatis,<sup>99</sup> nec nostræ, nec vlliœ rei diu-  
nius. Hoc quosdam egit ad mortem, quod proposita saepe mutando, in eadem reuelue-  
bantur, & non reliquerant nouitati locum. Fastidio illis esse cecepit vita, & ipse mundus:  
&<sup>100</sup> subit illud rabidarum deliciarum: <sup>101</sup> *Quousque eadem?* Aduersus hoc tedium  
quo auxilio putem vtendum, quæris. Optimum erat (ut ait<sup>102</sup> Athenodorus) aetio-  
ne rerum & Reip. tractatione, & officiis ciuilibus se detinere. nam ut quidam sole, &  
exercitatione, & curâ corporis, diem ducunt, athletisque vtilissimum est, lacertos suos,  
roburque cui se vni dicauerunt, maiore temporis parte nutrita: ita nobis animum ad  
B rerum ciuilium certamen parantibus, in opere esse, non longè pulcherrimum est? Nam  
cùm vtilem se efficere ciuibis mortalibusque propositum habeat, simul & exercetur &  
proficit, qui in mediis se officiis posuit, communia priuataq; pro facultate administrans.  
Sed quia in hac, inquit, tam insanâ hominum ambitione, tot calumniatoribus in dete-  
rius recta torquentibus, parum tuta simplicitas est, & plus futurum semper est quod  
obstet, quâm quod succedat,<sup>103</sup> à foro quidem & publico recedendum est: sed haber,  
vbi se etiam in priuato lare explicit magnus animus. nec ut leonum animaliumque im-  
petus caueis coercetur: sic hominum, quorum<sup>104</sup> maximè in seductu aetiones sunt. Ita  
tamen delituerit, ut vbicumque otium suum absconderit, prodesse velit & singulis &  
vniuersis, ingenio, voce, consilio. Nec enim is solus Reip. prodest, qui<sup>105</sup> candidatos  
extrahit, & tuerit reos, & de pace belloque censet: sed qui iuuentutem exhortatur, qui  
in tantâ bonorum preceptorum inopiam, virtute instruit animos, qui ad pecuniam luxu-  
riamque cursu ruentes presnat ac retrahit, & si nihil aliud, certè moratur, in priuato pu-  
C blicum negotium agit. An ille plus praestat, qui<sup>106</sup> inter peregrinos & ciues, aut urbanus  
præ-

<sup>98.</sup> SEMPER FUGIT.] Illud, semper, non est in  
Lucretio, & versus respuit. At locus eius, huic compar,  
in signis est, & merito adscribendus, lib. 111.

— ut nunc plerumque videmus,  
Quid sibi quisque velit, nescire & querere  
semper:

Communitate locū, quasi onus deponere possit.  
Exit sepe foras magnis ex ædibus ille,  
Est domi quæ pertinet est, subitoq; reuertit:  
Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse.

Currit agens mannos ad villam hic præcipi-  
tante,

Auxilium tectis quasi ferre ardentibus infest:  
Oscitat extemplo tetigit cum limina villa,

D Aut abit in somnū gravis, atq; obliuia querit,  
Aut etiam properans urbem petet, atq; reuertit.  
Hoc se quisque modo fugit. at, quod scilicet,  
vt sit,

Eflugere haud potis est, ingratis hæret, & angit.

<sup>99.</sup> NEC NOSTRÆ.] Phrasis cùm alibi, tum in  
Liuio crebra. Lib. 111. Patres suarum rerum erant,  
amisæ publicâ. Et xxiiii. Plebs nouarum rerum  
& Annibal tota esse.

<sup>100.</sup> SVBIT ILLVD.] Magis, subiit. & nescio an  
statim tabidarum, pro rabidarum. Si hoc tenes, sen-  
tentia erit, delicias acres, efferas, & infrenes eo pro-  
rumpere, ut mortem ament, se oderint. Si, quod subi-  
cio, delicias languentes, deficiente (ut solet a nimio  
vju) tedium ire ad mortem.

<sup>101.</sup> QVOVSQ; VE EADEM?] Dormire, surgere,

ingerere, egerere, libidinari, satisfiere, & omnia in or-  
bem. Lucretius, in contempnu viiæ:

Præterea, verlamur ibidem, atque insimus  
visque,

Nec noua viuendo procuditur vlla voluptas.

CAP. III. 102. ATHENODORVS.] Aliquot  
istò nomine, & quidem sc̄lē Stoice fuerunt. Vide  
Manud. 1. Difser. XII.

<sup>103.</sup> A FORO QVIDEM.] Ita idem suadet &  
probat, epist. XXVIII. Si liceat disponere se, con-  
spectum quoque fori & viciniam procul fugiam.  
Plura ibi vide.

<sup>104.</sup> MÁXIME.] Imò, maximæ.

<sup>105.</sup> CANDIDATOS EXTRAHIT.] Producit ad  
petendum, suffragator est. Nam ita in comitiis illis Se-  
natoriis (hoc Principum aeo) siebat. Vide Plinij epि-  
stolam xx. libri 111. & eiusdem Panegyricum. Adde  
& epist. VIII. nostri Seneca, sententia consimili:  
Non video tibi plus prodesse, quâm cùm ad va-  
dimonium aduocatus descenderem, aut tabulis  
testamenti anulum imprimerem, aut in Senatu  
candidato vocem & manu commendarem? Alio-  
qui & legi poterat, qui candidatus extrahit & tue-  
tur reos. Nam aduocati & honestiores, in tali ueste.

<sup>106.</sup> INTER PEREGRINOS.] Primus Praetor in  
urbe ius, & inter ciues dixit, creatus anno Urbis CCC-  
XCVIII. atque is Urbanus idèo dicitur. Postea, non  
sufficiente eo, & multitudo peregrinorum influente  
in urbem, alter additus, qui ius diceret inter ciues &  
Peregrinos. Id factum anno DX.

prætor adeuntibus<sup>107</sup> ad secessoris verba pronunciat: quām<sup>108</sup> qui docet quid sit iustitia, A quid pietas, quid patientia, quid fortitudo, quid mortis contemptus, quid deorum intellectus,<sup>109</sup> quantum bonum sit bona conscientia? Ergo si tempus in studia conferas, quod subduxeris officiis,<sup>110</sup> non deserueris, nec munus detractaueris. Neque enim ille solus militat, qui in acie stat, &<sup>111</sup> cornu dextrum laevumque defendit: sed & qui portas tuetur, & statione minus periculosā, non otiosā tamen fungitur, vigiliasque seruat, & armamentario præst. quæ ministeria quamvis incruenta sint,<sup>112</sup> in numerum stipendiiorum veniunt. Si te ad studia reuocaueris, omne vitæ fastidium effugeris: nec noctem fieri optabis tedium lucis, nec tibi grauis eris, nec alius superuacuus: multos in amicitiam attrahes, afflueisque ad te optimus quisque. Numquam enim<sup>113</sup> quarpuis obscura virtus latet, sed<sup>114</sup> mittit sui signa, quisquis dignus fuerit, vestigiis illam colliger. Nam si omnem conuersationem tollimus, & generi humano renunciamus, viuimusq; in nos tantum conuersi, sequetur hanc solitudinem, omni studio carentem, in opia rerum agendarum. Incipiems aedificia alia ponere, alia subuertere, & mare subinouere, & aquas B contra difficultates locorum ducere, & malè dispensare tempus, quod nobis natura consumendum dedit. Alij parcē illo utimur, alijs prodigē: alijs sic impendimus, ut possimus rationem reddere: alijs, ut nullas habeamus<sup>115</sup> reliquias. Quare nihil turpius est, quam grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se proberet diu vixisse, præter ætatem.<sup>116</sup> Mihi, carissime Serene, nimis videtur submisso temporibus se Athenodorus, nimis citò refugisse. Nec ego negauerim aliquando cedendum: sed sensim relato gradu, & saluis signis, saluā militari dignitate. Sanctiores tutioresque sunt hostibus suis, qui in fidem cum armis veniunt. Hoc puto virtuti faciendum, studiosoque virtutis, si præualebit fortuna, & præcedet agendi facultatem; non statim auctus inermisque fugiat, latebras querens, quasi nullus locus sit, quō non possit fortuna persequi: sed parciū se inferat officiis, & cum dilectu inueniat aliquid, in quo utilis ciuitati sit. Militare non licet: honores spectet. priuato viuendum est? sit orator. silentium indicetum est? tacitā aduocatione ciues iuuet. periculorum etiam ingressu forum est: in domibus, in spectaculis, in conuiuīs, bonum contubernalem, amicum fidelem, temperantem coniuiam agat. Officia si ciuis amiserit, hominis exerceat. Ideo magno animo nos<sup>117</sup> non vnius urbis mœnibus clausimus, sed in totius orbis commercium emisimus; patriamque nobis mundum professi sumus: ut liceret latiorem virtuti campum dare. Præclsum tibi tribunal est, & rostris prohiberis, aut comitiis respice post te, quantum latissimarum regionū pateat, quantum populorū. numquam tibi ita magna pars obstructur, ut non maior relinquatur. Sed vide, ne totū istud vitium tuū sit, non vis enim nisi consul, aut<sup>118</sup> prytanes,

<sup>107.</sup> ADSESSORIS VERBA.] Que ille peritus iuriū dicit afferat, quibus sententiā conceperisset. Notum Adsessorū hoc munus, atq; ita emendauit hunc locum Iac. Cuiacius XXIIII. Obseru. cap. XL. Et si nec litterā minus meus laudatus ille codex.

<sup>108.</sup> QVI DOCET.] Absunt hec duo verba omnibus libris, tamen apta & tenenda.

<sup>109.</sup> QUANTVM BONVM.] Ita Erasmus vulgariter, tenuit, Muretus. At Pinciani codices, quam gratuitum bonum sit bona conf. Quidam Gruteri, & meus, quantum grauidorum hominum sit bona conf. Adheream Pinctani, & explicem: Gratuum bonum, quōd reliqua pretio aut labore, hoc ultero, & voluntate sola, paretur.

<sup>110.</sup> NON DESERVERIS.] Meus, te non deserueris, nec male. Illud tamen à militiā, aptius videatur.

<sup>111.</sup> CORNU DEXTRVM.] Acies in duo cornua plurimum diuidi solet, quod notum, putarem tamen eumodiū legi, cornu dextro, lauōve. Neque enim unus vir totum cornu defendit.

<sup>112.</sup> IN NUMERVM.] Id est, stipendiis accensen-

tur: et nomen militare capiunt. Non audio qui corrigit, in numerorum stipendiis id est, cohortium, inquit. Apoge, vulgatā nihil melius aut clarius.

<sup>113.</sup> QVAMVIS OBSCVRVA.] Etsi non in luce & publico posita, et si in priuato parvoq; lare.

<sup>114.</sup> MITTIT SVI SIGNA.] Lumen & radios D spargit. An à feris magis sumptum, quæ odorē & vestigia relinquunt, us vestigandæ?

<sup>115.</sup> RELIQVIAS.] Nihil appareat, nihil s. Et operis exstet.

<sup>116.</sup> MIHI CARISSIME.] Hoc tenus Athenodori sententia: nunc Seneca, qui aliquid distinguat, aut mutat.

<sup>117.</sup> NON VNIVS VRBIS.] Vide De vita beata, cap. XXXI.

<sup>118.</sup> PRYTANES.] Atheniensium magistratus, apud quos, electis triginta tyrannis, decem a Thrasibulo reip. prepositi: maxius quoque à Panamā prepositi, quinquaginta isti Prytanē instituti. de quibus Demosthenes II. Philipp. atque alibi, Pollux libro VIII. & Harpocration his verbis: ἀρτανες τε ονται.

A taneſ , aut <sup>119</sup> ceryx , aut <sup>120</sup> ſuſes administrare Remp . Quid ſi militare nolis , niſi imperator , aut tribunus ? etiam ſi alij <sup>121</sup> primam frontem tenebunt , te ſors inter <sup>122</sup> triarios poſuit : inde voce , adhortatione , excipio , animo milita . Præcifis quoque manibus ille in pœlio inuenit , quod partibus conferat , qui ſtat tantum , & clamore iuuat . Tale quidam facies , ſi à primâ te Reip . parte fortuna submouerit ; ites tamēn , clamore iuues : ſi quis fauces oppreſſerit ; ites tamēn , & silentio iuues . Numquā inutilis eſt opera ciuiſ boni . auditu enim , viſu , vultu , nutu , obſtinatione tacitū , incelinq ; ipſo prodeſt . Ut ſalutaria quædam , citra gulfum <sup>123</sup> tactumque , odore proficiunt : ita virtus utilitatem etiam ex longinquo & latens fundit , ſiue exſpatiat & fruitur ſuo iure ; ſiue precarios habet ac-cellus , cogiturque vela contrahere ; ſiue otioſa mutaque eſt , & angusto circumscripta , ſiue adaperta : in quo cuīque habitu eſt , prodeſt . Quid ? tu patrum vtile putas exemplum bene quiescentis ? <sup>124</sup> Longè , inquam , optimum eſt miſcere otium rebus , quotiens actuosa vita impedimentis forturis , aut ciuitatis conditione prohibetur . Numquā B enim uſque eò interclusa ſunt omnia , vt nulli actioni honesta locus ſit . Numquā potes inuenire urbem miſeriorem , quam Atheniensium fuit , cum illam triginta tyranni diuelerent ? mille <sup>125</sup> trecentos ciues , optimum quemque , occiderant : nec finem ideò faciebat , ſed irritabat ſe ipſa ſauitia . In qua ciuitate erat ariopagos , religiosissimum iudicium , in qua ſenatus populusque ſenati ſimilis : coibat quotidie carnificum triste collegium , & infelix curia tyrannis angusta . Poteratne illa ciuitas conuicta , in qua tot tyranni , <sup>126</sup> quot ſatellites erant ? Ne ſpes quidem uilla recipienda libertatis animis poterat offerri : nec uilli remedio locus apparet , contra tantam vim malorum . Vnde enim miſera ciuitati tot <sup>127</sup> Harmodios ? Socrates tamen <sup>128</sup> in medio erat , & lugentes patres conſolabatur , & desperantes de Rep . exhortabatur , & diuitibus opes ſuas <sup>129</sup> metuentibus exprobrabat <sup>130</sup> ſeram periculosa auaritia penitentiam ; & imitari volentibus magnum circumferebat exemplar , cum inter triginta dominos liber incedefet . Hunc tamen Athene ipſa in carcere occiderunt : & qui tutò inſultauerat agmini tyrannorum , eius libe-C tamē libera ciuitas non tulit : ut ſcias & in afflictâ Rep . eſſe occaſionem ſapienti viro ad ſe proferendum , & in florenti ac beatâ , <sup>131</sup> pecuniam , inuidiam , mille alia vitia <sup>132</sup> iner- D mia regnare . Vt cumque ergo ſe Rep . dabit , ut cumque fortuna permittet , ita aut <sup>133</sup> ex-plicabimus nos , aut contra hemis : utique mouebimus , nec alligati metu torpebimus . Imò ille vir fuerit , qui periculis vndique imminentibus , armis circâ & eathenis frenen-tibus ,

*τηνοττα ἀδερπι, θαῦτα μίας φυλάς, οἱ διοικοῦντες ταῦτα τὰ ὑπὸ τῆς βουλῆς ταῦτα μέρα : Prytanies , quin-quaquaginta vii ex vnâ tribu electi , qui omnia admi-nistrant à Senatu decreta . Idem ſummi magiſtrati nomen & Rhodis fuſt , apud Linium XLII . Plu-tarchum in Politicis , Appianum I v . Cuius .*

D 119. CERYX .] Libri , ut in ignotiore voce , vacil-lant , & meus tenyr prefert . Sed vulgatum , verum : eſt . Ceryx , præco , legatus : etiam qui ſacra Cereris traſtabat . Ceryx , vel ad diſcriben de exhorto : de qui-bus Athenaeus aliquid lib . XIIII . & Plutarchus in Alcibiade .

120. SVFES .] Panorum supremus Dictator , in Linio . Vide Festum , e& voce .

121. PRIMAM FRONTEM .] Hoc eſt , quod ipſe De Conſtantia ſap . cap . vli . ſcribit , in primâ acie al-to ordines ſtarre . Vide Militiam noſtram .

122. TRIARIOS .] Qui tertij in acie , ultimq .

123. TACTVMQ VE .] Quidam libri , citra gulfum , tactu , odore : neque id male , eſt vulgatum preſero .

124. LONGE , INQVAM .] Haud ſatis herere cum prioribus videtur : niſi refers ad illa contra Atheneorum dicta .

125. TRECENTOS .] Alij quingento tradunt .

126. QVOT SATELL .] Meus , & alijs scripti , tot tyranni erant , quoſ ſatellites eſſent ? Puto verum , ſi vocula educatur latens : quoſ ſat ſatellites eſſent . Erant enim triginta tyranni : atqui ſatis erat inquit , tot vel ſatellites tyrannidis eſſe . De tyrannide autem iſtâ , neſter epift . CIV .

127. HARMODIOS .] Tyrannicidas . Vide lib . VII . De Benef . cap . XIV .

128. IN MEDIO .] Cicero ad Atticum , VI . Quasi locupletior mihi querendus ſit auctor , quam Socrates , qui cum xx . tyranni Athenis eſſent , pedem portâ non extulit .

129. METVENTIBVS .] Quia diuites maximè pericitantur ſub tyrannis .

130. SERAM .] Ante enim opes exponende pro patriâ , contra Lacedemonios ; & priuſquam eō deſcederent .

131. PECVNIA: ] Ita ſanè libri : eſi Muretus , impotentiam , que Pinciani nuda coniectura eſt . An pecuniam retinemus , & auaritiam , ſiue potius corrupelas à pecunia explicamus ? an peculantiam , ſiue proterviam placet ſubſtitui ?

132. IN ERMIA: ] Togata , & tyrranidi ar-ma-ze opponit .

133. EXPLICABIMVS NOS .] Salutare præceptum , & ſ. mal

tibus, non <sup>134</sup> alliserit virtutem, nec <sup>135</sup> absconderit. <sup>136</sup> Non enim debet seruantem se obtruere. Ut opinor, Curius Dentatus aiebat, *Malle esse se mortuum*, <sup>137</sup> quam vivere. Ultimum malorum est, ex viuorum numero exire, antequam moriaris. Sed faciendum erit, si in Reip. tempus minus tractabile incideris, vt plus otio ac litteris vindices: nec aliter quam in periculosâ nauigatione, subinde portum petas: nec exspectes donec res te dimittant, sed ab illis te ipse disiungas.

**IV.** Inspicere autem debemus primum <sup>138</sup> nos-metipsos, deinde quæ aggredimur negotia, deinde eos quorum causâ, aut cum quibus agendum est. Ante omnia, necesse est seipsum estimare: quia ferè plus nobis videatur posse, quam possumus. Alius eloquentie fiducia prolabitur, aliis patrimonio suo plus imperavit, quam ferre possit: aliis infirmum corpus laborioso oppressit officio. Quorumdam parùm idonea est verecundia rebus ciuilibus, quæ <sup>139</sup> firmam frontem desiderant: quorumdam <sup>140</sup> contumacia non facit ad aulam. quidam non habent iram in potestate: & illos ad temeraria verba quælibet indignatio efferr. quidam urbanitatem ne- sciant continere, nec periculosis abstinent salibus. Omnibus his vtilior negotio quies est. B ferox impatiensque natura, irritamenta nocitura libertatis evitet.

**V.** Estimanda sunt deinde ipsa, quæ aggredimur, & vires nostræ <sup>141</sup> cum rebus, quas tentaturi sumus, comparandæ. Debet enim semper plus esse virium in latore, quam in onere. necesse est <sup>142</sup> opprimant onera, quæ ferente maiora sunt. Quædam preterea non tam magna sunt negotia, quam fecunda, multumque negotiorum ferunt. & hæc refugienda sunt, ex quibus noua occupatio multiplexque nascetur. Nec accedendum eò, vnde liber regres- sus non sit: his admouenda manus est, quorum finem aut facere, aut certè sperare possis.

Relin-

*& simul politicum, ut rebus temporibusq; virtute salu& aptemur. Socratis dictum hoc facit: O βίος, καὶ τὸ οὐγάρον, διέτου νὴ πεποντός αἴροντος, ἡ διοργανωτας: Vita, velut organum, intentione & remissione aptata, iucundior redditur: et si alio hoc etiam ducas, ad qusetem scilicet labore temperatam. Lucanus ad Pisonem:*

*Temporibus seruire decet: qui tempora certis Ponderibus pensabit, eum si bella vocabunt, Miles erit: si pax, positis toga vestient armis.*

**134. ALLISERIT.** ] Id est, nec perniciaciâ aut ambi- tione propositâ, se vivamq; frigerit: quasi in specu- palum naem ultro miserit.

**135. ABSCONDERIT.** ] Turpiter se subduxerit, la- tuerit. Vult medium teneri, qualem suum Agricolam Tacitus facit, peritum obsequi, eruditumque utilia honestis miscere. Eudem, non contumaciâ, neque inani iactatione libertatis, famam fatum- que prouocasse: sed obsequium & modestiam, cui industria tamen & vigor adfleuit, praetulisse. Idem, de M. Lepido: Hunc ego, temporibus illis, grauem & sapientem virum fuisse comperior. nam pleraque ab suis adulacionibus aliorum in melius deflexit: neque tamen temperamenti ege- bat, cum æquabili auctoritate & gratia apud Ti- berium viguerit.

**136. NON ENIM.** ] Ita Erañi editio, & ex eâ vul- gata. Muretus, Non est enim seruare se, obtruere: viderit quo auctore, non ceri e libris. Quorum alij, Non enim debet seruare se, vel obtruere: alij, vt meus, Non enim seruare se voluit, nec obtruere. Ego eliciebam: Non enim cernuare se volit, nec ob- truere. Neutrū, inquit, sapiens facit, nec cernuat se, & abicit primum ac precipuum; nec item obruit, & abscondit. Planè respondent priori clausula, eāque explicant: nec alidet virtutem, nec abscondet. Cernuo autem sive & Cernullo, veteris & medi-

*eu probum solenq; verbum est. Ipse nosser, epis. VIII. Non euertit eos Fortuna, sed cernullat & alli- dit. Et notes ibi quoque iungi & pariari cum verbo Allidendi.*

**137. QVAM VIVERE.** ] Repetendum commune verbum, mortuum. Sententiae est, malle se reuera esse C mortuum, quam mortuum inter viuos agere. La- cretus in hoc genus:

*Mortua cui vita est propè iam viuo atque videnti.*

Seneca alibi: Otium sine litteris, mors est, & viui hominis sepulta. Et de ignauo illo: Vatis hic fitus est. Quid Plato? Οὐαὶ τῷ Λυχῖ μὴ διστρεψαί Χρῆστοι, τούτῳ τὸ ἀγνῶν ιανυχίαν τῷ Λυχῖ οὐ γε τοῦ πρεπτοτοτελοῦ ἀντονοῦ: Quisquis anima- mā & vitâ vti nescit, huic quiescere animâ, nec ultrâ viuere melius, quam sic viuere apud se. Eſt ipsa sententia Curiana.

**CAP. IIII. 138. NOSMETIPPOS.** ] De Irâ III. cap. vii. haec sic parit: Quotiens aliquid cona- beris, te simul, & ea quæ paras, quibusque para- ris, ipſe metire. Līsi ibi fori aſſe verius, quibusque parabis: id est, quorum causâ & gratiâ, ut hic ſe- quitur.

**139. FIRMAM FRONTEM.** ] Benè, at libri omnes priſci, & meus: primam frontem. Quod inter- pretari poſſit, aut eximiam & notabilem in duritate: aut primâ & ante omnia affumendam talem frontem.

**140. CONTVMACIA.** ] Nam Aula vult ob- sequentes. Tacitus: Labeo incorruptâ libertate, & ob id famâ celebrator; Capitonis obsequium do- minantibus magis probabatur.

**CAP. V. 141. CVM RUBVS.** ] Eadem lege III. De Irâ, cap. vi. extremo, & viii. primo.

**142. OPPRIMANT.** ] Propertius: Turpe est, quod nequeas, capiti committere pondus,

Et pressum inflexo mox dare terga genu.

CAP.

A Relinquenda, quæ latius actu procedunt, nec ubi proposueris, desinunt. Homi-  
num utique delectus habendus est, an digni sint, quibus partem vitae nostræ impenda-  
mus, an ad illos temporis nostri iactura perueniat. Quidam vltro officia nostra<sup>143</sup> no-  
bis imputant. Athenodorus ait, ne ad cenam quidem le itum ad eum, qui sibi nil pro  
hoc debiturus sit. Puto intelligis, multo minus ad eos itum, qui cum amicorum offi-  
ciorum<sup>144</sup> paria in mensâ faciunt, qui fercula pro congiariis numerant: quasi in alienum  
honorem intemperantes sint. Deme illis testes spectatoresque, non delectabit popina se-  
creta. <sup>145</sup> Considerandum est, vtrum<sup>146</sup> natura tua agendis rebus, an otioso studio con-  
templationique<sup>147</sup> aptior sit: & eò inclinandum, quò te vis ingenij desert. Isocrates  
Ephorum iniectâ manu à foro subduxit, utiliorem componendis monumentis historia-  
rū ratus. Malè enim respondent<sup>148</sup> coacta ingenia. reluctante naturâ, irritus labor est.

<sup>149</sup>\* Nihil tamen æquè oblectauerit animu, quām amicitia fidelis & dulcis. Quātum  
bonum est, ubi sunt præparata pectora, in quæ tutò secretum omne descendat, quorum  
B conscientiam minus quam tuam timeas, quorum sermo sollicitudinem leniat, senten-  
tia consilium expediat, hilaritas tristitiam dissipet, <sup>150</sup> conspectus ipse delectet? Quos  
scilicet vacuos, quantum fieri poterit, à cupiditatibus, eligemus. Serpunt enim vitia, &  
in proximum quemque transiliunt, & contactu nocent. Itaque, vt in pestilentia, cau-  
endum est, ne<sup>151</sup> corruptis iam corporibus & morbo flagrantibus astideamus, quia peri-  
cula trahemus, afflatusque ipso laborabimus: ita in amicorum legendis ingenii dabi-  
mus operam, vt quamminimè inquinatos assumamus. Initium morbi est, ægris<sup>152</sup> sa-  
na miscere. Nec hoc præceperim tibi, vt neminem nisi sapientem sequaris, aut attrahas.  
vbi enim istum inuenies, quem tot scelus quærimus? pro optimo est, minimè malus.  
Vix tibi esset facultas<sup>153</sup> delectus felicioris, si inter Platonas & Xenophontas, & illum  
C Socrati foetus prouentum bonos quereres: aut si tibi potestas Catonianæ fieret ætatis,  
quæ plerosque dignos tulit, qui Catonis seculo nascerentur, sicut multos peiores, quām  
vñquam aliás, maximorumque molto scelerum. Vtrâque enim turbâ opus erat, vt  
Cato posset intelligi, habere debuit & bonos, quibus se approbaret: & malos, <sup>154</sup> in qui-  
bus vim suam experiretur. Nunc verò in tantâ bonorum egestate, minus fastidiosa fiat  
electio. Præcipue tamen vitentur tristes, & omnia deplorantes, quibus nulla non causa  
in querelas placet. Constat illi licet fides & bencvolentia, <sup>155</sup> tranquillitati tamen inimi-  
cus est comes perturbatus, & omnia gemens. Transcamus ad patrimonia, maxi-  
mam

CAP. VI. 143. NOBIS IMPVTANT.] Id est, cùm ipsi pro iis debeant, debere nos putant. quasi quos dignos habuerint, & obsequia præstaremus. Imputare autem, in rationibus alii nū ponere, inscribere. Suetonius Tiberij cap. LIII. Imputauit etiam, quod non laqueo strangulatam abiecerit. Plinius, de Medicis: Stertinus imputauit Principibus, quod quingenis h.s. contentus esset. Statius: Lucanum potes imputare terris. Seneca De Benef. 11. Superbi & imputatores.

D 144. PARIA IN MENSA.] Ita meus liber, & sen-  
tentia liqueat. Tamen alijs, parem mensam, aut, pa-  
res mensas. Fossis igitur, paria mensâ faciunt. De  
quo genere Iunewalis:  
Fructus amicitie magnè cibus. imputat huc rex:  
Et quamvis rarum, tamen imputat. Iterum:  
Primo fuge loco, quod cùm discubere iussus,  
Mercedem solidam veterū capis officiorum.  
Ammianus copiosè & iocose lib. XIV.

145. CONSIDERANDVM.] Nescio an hac satus  
apta, & non sit hiatus.

146. NATURA TVA.] Nam, vt ipse alibi, tenen-  
da nobis vita est, quam natura præscripsit, nec ab  
illâ declinandum. Illam sequentibus, omnia fa-  
cilia & expedita sunt: contra illam intentibus,

non alia vita est, quām contra aquā nauigantibus.

<sup>147.</sup> APTIOR SIT.] Socratis è monitu facit:  
Ο βιος δημόσιος, δηλωτήριος: Vita conueniens &  
apta, minus molesta.

<sup>148.</sup> COACTA INGENIA.] Quò spectat Latino-  
rum verbum, Nequid iniuita Mineruā.

CAP. VII. 149.\* NIHIL TAMEN.] Neque  
hec prioribus satis conexa, & suspicor huius esse.

<sup>150.</sup> CONSPECTVS IPSE.] Enipides:

εἰ τι τυγχάνει παύδο,  
Εἰς ὅμηρον φωτεῖσθαι γένεται:  
fiquid accidit mali,

Vel os amici suave contuerier.

<sup>151.</sup> CORVPTIS IAM.] Sive placet, correptis.

<sup>152.</sup> SANA MISCERE.] Vidi qui vellet, ægris se  
admiscere.

<sup>153.</sup> DELECTVS FELICIORIS.] Excidisse puto  
voculam, dilectus huius felic. Magis id pro mente  
Seneca, ac vero.

<sup>154.</sup> IN QVIBVS.] Quos frangeret, & quibus  
resisteret.

<sup>155.</sup> TRANQVILLITATI.] Serenitatem animi  
turbat nubilus ille vultus, & semper, vt ita dicam,  
pluvius.

CAP.

mam humanarum ærumnarum materiam. Nam si omnia alia quibus angimur, com. A pares, mortes, ægrotationes, metus, desideria, dolorum laborumq; patientiam, cum iis quæ nobis mala pecunia nostra exhibet, hæc pars multum prægrauabit. Itaque cogitandum est, quanto leuior dolor sit, non habere, quæm perdere: & intelligemus, pauperati eò minorem tormentorum, quò minorem damnorum esse materiam. Erras enim, si putas animosius detimenta diutes ferre. maximis minimisq; corporibus par est dolor vulneris. Bion eleganter ait, *Non minus molestum esse<sup>156</sup> calvis, quam cematis, pilos velli.* Idem scias licet de pauperibus locupletibusq; , par illis esse tormentum. vtrisque enim pecunia sua obhæsit,<sup>157</sup> nec sine sensu auelli potest. Tolerabilius autem est, vt dixi, faciliusque, non acquirere, quæm amittere: ideoque lætiores videbis, quos nū inquam fortuna<sup>158</sup> respexit, quæm quos deseruit. Vidi hoc Diogenes, vir ingentis animi, & efficit ne quid sibi eripi posset. Tu istud paupertatem, inopiam, egestatem voca, & quæm volles ignominiosum securitati nomen impone: putabo hunc non esse felicem, si quem mihi alium inuenieris, cui nihil pereat. Aut ego fallor, aut regnum est, inter auaros, circumscriptores, latrones, plagiarios, vnum esse, cui noceri non possit. Si quis de felicitate Diogenis dubitat, potest idem dubitare & de deorum immortalium statu, an patrum beatè degant: quod illis non prædia, nec horti sint, nec<sup>159</sup> alieno colono rura pretiosa, nec grande in fôro fœnus. Non te pudet, quisquis diuitiis adstupes? respice agendum<sup>160</sup> mundum: nudos videbis<sup>161</sup> deos, omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an diis immortalibus similem, qui se fortuitis omnibus exuit? Feliciorem tu<sup>162</sup> Demetrium Pompeianum vocas, quem non puduit locupletiorem esse Pompeio? <sup>163</sup> Numerus illi quotidie seruorum,<sup>164</sup> velut Imperatori exercitus, referebatur: cui iamdudum<sup>165</sup> diuitiae esse debuerant,<sup>166</sup> duo vicarij, &<sup>167</sup> cella laxior. At Diogeni seruus vnicus fugit, nec eum reducere, cum monstretetur, tanti putavit. *Turpe est, inquit, Manen sine Diogene posse vivere, Diogenem sine Mane non posse.* Videtur mihi dixisse: Age tuum negotium fortuna. nihil apud Diogenem iam tuum est. Fugit mihi seruus? imò liber abiit. Familia<sup>168</sup> ve-

CAP. VIII. 156. CALVIS QVAM.] *Hystero-  
logia est, per frequens in Senecâ. Nam dictum vult,  
non minus molestum comatis (id est diuitiarum) quæm  
calvis (pauperibus) pilos opeq; euelli. Exempla huius  
inversi locutionis notarunt plura Petrus Faber I. Se-  
mestr. cap. XXIII. Furnarius ad legem VIII. De verb.  
signif.*

157. NEC SINE SENSY.] *Est quod Antiphon  
scribit de auaris: Αφυροῦντες δὲ τὴν χρεόθρησι, ἀλγά-  
τον, διατρέποντες τὸ στρεψίδιον εὐθύνουσι: Cūm ali-  
quid tollunt & vtuntur ē pecunia, dolent haud  
aliter quæm si de carnibus suis tollant. Nōnne hoc  
est obhæscere pecuniam, cūm in partem quæf  
nostrī transit?*

158. RESP EXIT.] *Benigniore nempe oculo. Nam  
hoc est Respice. Plautus: Respice. idem Deos  
credo facturos tibi. Inde & publicè culta Fortuna,  
cognomento Respiciens.*

159. ALIENO COLONO.] *Sub ergastulariis.  
Lucanus:*

*Longa sub ignotis extendere rura colonis.*

160. MVNDVM.] *Calum ipsum.*

161. DEOS.] *Stoicos. id est sidera.*

162. DEMETRIVM.] *Pompeij Magni libertum,  
de quo Plutarchi faceta narratricula, in Catone  
Vticensi. Hic Antiochiam ibat, & videt extra por-  
tam, in utroque via margine, composite stantes  
viros, iuuenies, pueros, cum discrimine atatum,  
in festo omnes habitu & veste: magistratus pre-  
terea candidatos, sacerdotes etiam ipsos, coronato-  
res. Cato stomachari, & putare sui honoris causā  
factum, & succensere iis quos premiserat, tam-*

quam indicassent. Itaque iam propior, descendit  
vehiculū, & suos idem facere ac pedibus ire iussit:  
tamquam salutandus, & pompa illâ deducendus.  
At ecce senex quidam, coronâ & virgi insignis  
(disfiguratoris erat) ne salute quidem dictâ roga-  
uit, Vbi Demetrium reliquisti? & quâdo ven-  
turus? Demetrius is erat Pópej libertus, & mul-  
tum apud illum poterat, in quem omnes mor-  
tales tunc oculos habebant coniectos. Itaque hic  
comites Caronis & indignari, & risu emori: Cao  
nihil aliud prolocutus quæm, *O miseram ciuitatem!* in eam ingredi. *Hic ergo ille Demetrius.*

163. NVMERVS ILLI.] *Vide quæm molles ha-  
buerit, qui scrire ex scripto & discere cotidie debuit,  
qui absent, qui periissent, qui accesserint.*

164. VELVT IMPERATORI.] *Nota militarem  
morem, qui in Appiani Civilium quarto: L. Anto-  
ninus (ad Perusiam) misit Tribunos ad Casarem,  
qui signum ab eo peterent. Hi autem & nume-  
rum ei militum retulerunt: sicut & nunc mons  
est, Tribunum petentem signum dare Principi  
codicillum, continentem numerum copiarum*

165. DIVITIAE ESSE.] *Aspectu nimium seriu-  
lis conditionis.*

166. DVO VICARIJ.] *Lautiores serui, alios quæf  
subserues habebant, & qui vices eorum generent: inde  
Vicarios dicitos. Glossarium: Vicarius, διάδο-  
λος: serui seruus. Maritalis:*

*Effe sat est seruum, iam nolo vicarius esse.  
A Justiniano describitur, seruus inferioris nocte, &  
ipsius ordinarij serui seruus.*

167. CELLA LAXIOR.] *Seruis minutæ cella, vt  
hodie*

A<sup>168</sup> vestiarium petit, vietumque: tot ventres audiessimorum animalium tuendi sunt: emenda veltis, & custodienda rapacissimae manus, & fluentum detestantiumque ministeriis vtendum. Quanto ille felicior, qui nihil<sup>169</sup> vlli debet, nisi, cui facilissime negat, sibi? Sed quoniam non est tantum roboris nobis, angustanda certe sunt patrimonia, ut minus ad iniurias fortunae simus expositi. Habiliora sunt corpora<sup>170</sup> pusilla, quae in arma sua<sup>171</sup> contrahi possunt, quam quae superfunduntur, & vnde magnitudo sua vulneribus obiecit. Optimus<sup>172</sup> pecuniae modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate discedit. Placebit autem haec nobis mensura, si prius parcimonia placuerit: sine qua nec vllae opes sufficiunt, nec vllae non satis patent: praeferimus cum in vicino remediu sit, & possit ipsa paupertas in diuitias se, aduocata frugalitate, conuerte-re. Assuecamus a nobis remouere pompam, &<sup>173</sup> vsu rerum ornamenta metiri. Cibus famem doinet, potio sitim, libido qua necessesse est fluat. Discamus membris<sup>174</sup> nostris inniti: cultum vietumque non ad noua exempla componere, sed ut maiorum suadent B mores. Discamus continentiam augere, luxuriam coercere,<sup>175</sup> gulam temperare, ira-cundiam lenire, paupertatem aequis oculis ad spicere, frugalitatem colere,<sup>176</sup> etiam si nos pudebit desideris naturalibus paruo parata remedia adhibere: spes effrenatas, & animum in futura eminentem velut sub vinculis habere, id agere, ut diuitias<sup>177</sup> a nobis potius quam a fortunae petamus. Non potest, inquam, tanta varietas & iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarum irruat<sup>178</sup> magna armamenta pandentibus: cogenda in arcum res sunt, ut tela in vanum cadant. Ideoque exilia interim calamita-tesque in remedium cessere, & leuioribus incommodis grauiora sanata sunt, vbi pa-rum audit precepta animus, nec curari mollius potest. Quid ni consulitur, si & pau-pertas & ignominia, & rerum euersio adhibetur? malo malum opponitur. Assuecamus ergo cœnare posse<sup>179</sup> sine populo, & seruis paucioribus seruiri, & uestes parare in quod inuentae sunt, habitare contractius. Non in cursu tantum circique certamine, sed in his spatiis vita<sup>180</sup> interius flectendum est. Studiorum quoque, quae liberalissima impensa est, tamdiu rationem habebo, quamdiu modum. Quo mihi innumerabiles libros &

biblio-

*hodie nostrus Monachus; & nomen apud eos manxit. Quidni minute, cum tanta copia mille, bus mille, & ultra, sub uno teato essent? Itaque honestioris serui nota & votum, transferri in paullò laxiore. Scriptis de his Cellis, Saturn. I. cap. xiv.*

168. VESTIARIVM.] Pecuniam ad uestem. ut Salarium, Vasarium, Calcearium, Congiarium, ad sa-lem, vase, calceos, congios. Vide De Benefic. III. cap. XXI.

169. VLLI DEBET.] Id est, qui seruos & familiam non habet, quibus hec & illa prebeat. Sibi vni debet, se tueri & alere: & legem sibi, quam vult, dicit.

D 170. PVSILLA.] Pleraque scripta lectio, imbe-cilla, quedam, in bello. & assentior Pinciano in bel-la corridenti. Apudores sunt ad militiam, non pre-gardes illi & fluidi, sed modici magis & stricti.

171. CONTRAHI.] Virgilius:

bellis acer Halefus

Tendit in aduersum, scipio in sua colligit arma.

172. PECVNIAE MODVS.] Seneca epist. II. Quis fit pecuniarum modus, quaris: primus, habere quod necesse est: proximus, quod sat est. Plato interrogatus, πόσον δεῖ οἰκιας ἔχειν; εἶπεν, έστιν ἔχειν οὐ τὸ θεῖον, οὐ τὴν ἀναγνώσιν θεοφοροῦ: quantas opes habere oporteret? Tantas, inquit, ut nec iniudicis exponare, nec rursum necessarius destituare. At Epicetus, modum opum, statuit corpus esse, sicut pedem calcet. Vt hinc non debet

maior esse, ita non ille amplior naturalibus cor-poris desideris.

CAP. IX. 173. VSV RERVM.] Inspicere & estimare, quod ad usum facit, non ad ornatum.

174. NOSTRIS INNITI.] Non alienis humeris in lectica ferri, seruis succollantibus.

175. GVLAM TEMP.] Quidam libi, gloriam: ut meus.

176. ETIAMS1 NOS.] E veteri variante lectio-ne cum Pinciano factam: etiamsi similes nos pu-debit esse populo.

177. A NOBIS POTIVS.] Ab animo. Nostris: Quae sunt maxima diuitiae: non desiderare diuitias. Quis plurimum habet? qui minimum cu-pit. Auforius:

Ex animo rem stare, aequum puto; non ani-mum ex re.

Cuncta cupit Croesus, Diogenes nihilum,

178. MAGNA ARMAMENTA.] Pulchre hoc & nanibns, quod idem rotundè Apuleius: Immodice diuitiae, velut ingentia & enormia gubernacula, facilis mergunt quam regunt. Idem & alia ima-gine: Fortunam, velut tunicam, concinnam ma-gis probare, quam longam. Quod ante eum Damo-crates: Αἴ μηδὲ οὐ πειθεῖτε τὰ σώματα, αἱ δὲ υπέρπεται οὐταί ταξιχάτεις εἰσιν οὐτοις: Longæ uestes corpora, & immodice diuitiae animum impediunt.

179. SINE POPVLO.] Multitudine coniuarum.

180. INTERIUS FLECT.] Citerius, non ulterius.

O

Nam

bibliothecas, quarum dominus vix totā vitā suā indices perlegit? Onerat discentem turba, non instruit: multoque satius est<sup>181</sup> paucis te auctoribus tradere, quam errare per multos.<sup>182</sup> Quadrinventa millia librorum Alexandriæ arserunt, pulcherrimum regiae opulentia monumentum. alius laudauerit, sicut<sup>183</sup> Lluius, qui elegantia regum cura que egregum id opus ait fuisse. Non fuit elegantia illud, aut cura, sed studiofa luxuria: imo ne studiosa quidem, quoniam non in studium, sed in spectaculum comparauerant: licet plerisque ignaris etiam<sup>184</sup> seruiliū litterarum, libri non studiorum instrumenta, sed coenationum ornamenta sunt. Paretur itaque librorum quantum satis sit, nihil in apparatus. Honestius, inquis, in hos impensas, quam in<sup>185</sup> Corinthia picta que tabulas effuderim. Vitiosum est ubique, quod nimium est. Quid habes<sup>186</sup> cur minus ignoscas nomen matrone atque ebore captanti, quam<sup>187</sup> opera conquirenti aut ignotorum auctorum, aut improbatorum, & inter tot millia librorum oscitanti? cui voluminum suorum<sup>188</sup> frontes maximè placent, tirulique? Apud desidiosissimos ergo videbis, quidquid orationum historiarumque est, & teeto tenus exstructa loculamenta. iam enim inter<sup>189</sup> balnearia & thermas, bibliotheca quoque, ut necessarium domus ornamentum expolitur. Ignoscere planè, si è studiorum nimia cupidine oriretur: nunc ista exquisita, &<sup>190</sup> cum imaginibus suis descripta sacrorum opera ingeniorum, in speciem & cultum parietum comparantur.

x. At in aliquod genus vitae difficile incidisti, & tibi ignorantis vel publica fortuna, vel priuata laqueum impegit, quem nec soluere possis, nec abrumperem. Cogita compeditos primò ægrè ferre onera, & impedimenta crurum:<sup>191</sup> deinde ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consueto facile. Inuenies in quolibet genere vita oblectamenta, & remissiones, & voluptates,

*Nam artis in Circo, currum introrsum flectere ad ipsas metas, nec tamē impingere aut euertere. Status: Sperauit flexa circum compendia mete, Interius duclis Phœbeius augur habenis, Anticipasse viam.*

*Virgilii in nauali certamine: -dum proram ad saxa subget. Interior. ubi Servius explicat, Sinnerior: quia nempe ad sinistram hic flexus. Sed sepe, ut dixi, impingebant. idcirco Cicero: In illo flexu tauri, hæsit ad metam. Et Horatius in laude: -metaquæ feruidis. Euitata rotis. Ergo sententia Seneca, in omni vita non laxè decurrentum, nec exspatiandum esse: sed res contrahendas, & adductis habenis metam stringandam.*

*181. PAVCIS TE AVCT.] Salubria præcepta: sed qua uberior & ex professo noster ingerit, epist. 11.*

*182. QUADRINVENTA.] Imò ali⁹ amplius. nam Agellius lib. VI. cap. vlt. A Ptolomæis regibus ad millia voluminum septingenta, collecta tradit. Vi de nos in Syntagmate, De Bibliothecis, cap. 11.*

*183. LIVIVS.] Qui hoc dixit haud dubie, ubi de eius conflagratione, ciuili Pompeiano bello.*

*184. SERVILIVM LITT.] Quas vel serui sciunt, ut legere, scribere, & qua communis usus requirit. Viri aliquot docti retulerunt ad stigmata & notas seruus inustus: quasi nec eas possent legere: mihi non recte. Seruiles litteras, non nisi Liberalibus, id est libero dignis, & interioribus illis elegantioribus quæ palam opponit.*

*185. CORINTHIA.] Vasa ex illo are landato, contra vel supra aurum cayo.*

*186. CVR MINVS IGNO SC.] Valde aliter ista prisci libri. Quidam, cur ignoscas homini armario atque ebore captanti corpora conquirenti. Aly*

*(et bonus ille meus) cur ignoscas homini armarium cedro atque ebore captanti corpora. Ex quo bellissimè lego: Quid est, cur ignoscas homini armarium (sive armaria) cedro atque ebore aptant, corpora conquirenti, &c. Ad instructum Biblioteca veteris facit hæc ita legi, & sciri: de quo nos, in opere iam dicto, Cap. IX.*

*187. OPERA.] Veteres, corpora: nec reūiam, ut figurati & translatione sic appelle totos ipsos liberos & scripta.*

*188. FRONTES TITVLIOVE.] Nam hæc poliebant, & ornabant. Martialis: Et frontis gemino decens honore. Ouidius: Candida nec nigra cornua fronte geras. Quod autem ad Titulos, mino aut coco notabant. Idem Ouidius: Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. Et Martialis: Et coco rubeat superbus index.*

*189. BALNEARIA.] Ipsas balneas. Nota autem, in locis secissum aut exercitationum, etiam Bibliothecas fuisse, ne usquam operari non esset Musi. Ni si tamen sententia, quæ ac balneas, strui iam Bibliothecas.*

*190. CVM IMAGINIBVS.] Plinius XXXV. Non est prætereundum & nouitium inuentum. siquidem non solum ex auro argenteo, aut certè ex ære, in bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animæ in iisdem locis loquuntur: quinimò etiam, quæ non sunt, singuntur, pariuntque defensione non traditi vultus. sicut in Homero euenit. Asinij Pollionis hoc Romæ inuentum, qui primus bibliothecam dicando, ingenia hominum publicam fecit. Ego ad fatim in De Bibliothecis.*

*CAP. X. 191. DEINDE VBI.] Poëta: Cura sonant ferro, sed canit inter opus.*

A tes,<sup>192</sup> si nolueris malam putare vitam potius, quam inuidiosam<sup>193</sup> facere. Nullo melius nomine de nobis natura meruit, quam quod cum sciret, quibus arumnis nasceremur, calamitatum mollementum confuetudinem inuenit, citio familiaritatem grauissima adducens. Nemo duraret, si rerum aduersarum eamdem vim assiduitas haberet, quam primus ictus. Omnes cum fortunâ<sup>194</sup> copulati sumus. aliorum<sup>195</sup> aurea cathena est, & laxa: aliorum arcta & fôrdida. Sed quid refert? eadem custodia vniuersos circumdedit:  
<sup>196</sup> alligatiique sunt etiam qui alligauerunt. nisi tu forte leuorem in sinistrâ catheram putas. Alium honores, aliud opes vinciunt: quosdam nobilitas, quosdam humilitas premit: quibusdam aliena supra caput imperia sunt,<sup>197</sup> quibusdam sua: quosdam exsilia  
<sup>198</sup> uno loco tenent, quosdam<sup>199</sup> sacerdotia. Omnis vita seruitum est. Assueendum itaque condicione suâ, & quamminimûm de illâ querendum: & quidquid habet circa se commodi, apprehendendum est. Nihil tam acerbum est, in quo non æquus animus solatium inueniat. Exiguæ sepe ateæ in multos vsus.<sup>200</sup> describentis arte patuere, & B quamvis angustum<sup>201</sup> pedem dispositio fecit habitabilem. Adhibe rationem difficultatibus: possunt & dura molliri, & angusta laxari, & grauia scite ferentes minus premere. Non sunt præterea cupiditates in longinquum mittendæ, sed in vicinum illis egredi permittamus, quoniam includi ex toto non patiuntur. Relictis his, que aut non possunt fieri, aut difficulter possunt,<sup>202</sup> propè posita, speiq; nostra<sup>203</sup> alludentia sequamur: sed sciamus, omnia æquè levia esse, extriuscus diueras facies habentia, introrsus pariter vana. Nec inuidreamus altius stantibus: quæ excelsa videntur, prærupta sunt. Illi rursus, quos fors iniqua in ancipiis posuit, tutores erunt superbiam detrahendo rebus per se superbis, & fortunam suam quammaxime poterunt,<sup>204</sup> in planum deferendo. Multi quidein sunt, quibus necessariò hærendum sit in fastigio suo, ex quo non possunt,<sup>205</sup> nisi cadendo descendere: sed hoc ipso testentur, maximum onus suum esse, quod aliis graues esse cogantur, nec subleuat os se, sed<sup>206</sup> suffixos: iustitiâ, mansuetudine,<sup>207</sup> humanâ lege, & benignâ manu, præparent multa ad<sup>208</sup> sequentes casus præsidia, quorum spe secu-

rius

<sup>192.</sup> SI NOLVERIS.] Ego fateor me hec non capere. Faciebam, si nolueris malam putare vitam, potiusque inuidiosam facere. Si non putabis & statuas tecum vitam hâc malam, nec miserationi cam, sed inuidia expones. Quid enim aliud in miserrimâ ea (pro vulgi sensu) fecit Diogenes? Et meus quidem codex à vulgata non abit, nisi quod viam pro vitam scribat. Alij aliter. unus apud me, si volueris male (suprà, mala), te puta potius quam inuidiosa facere. Pinciant: si volueris malam putare potius vitam, quam inuidiosam facere. Gruteri hand longe ab istis, nec labet referre.

<sup>193.</sup> FACERE.] Potes hoc verbum capere pro illo, Agere, atque ita sensus sit. Si nolueris putare temeram vitam agere, sed potius inuidiosam. Verbo Faciendo ita Alsenus vsus: Is seruus fugerat, & annum in fugâ fecerat. Papinianus: Ne sibi computarentur dies, quos in custodiâ fecisset. Inscriptio veterus: Cum marito fecit menses v. Et Greci us suum avitum.

<sup>194.</sup> COPVLATI SVMVS.] Imogo à custodiâ militari, in quâ rei aut noxiâ ligabantur catenâ ad brachium sinistrum militis custodis, ipsi adstricci in dextro.

<sup>195.</sup> AVREA.] Puta regum, Principum, diuitium.

<sup>196.</sup> ALLIGATIQUE SVNT.] Idem epist. v. Quemadmodum eadem catena & custodiâ (id est reum, qui custoditur) & militem copulat, sic ista, que tam dissimilia sunt, panter incedunt. Plutarchus ad 111. Annal. Taciti.

<sup>197.</sup> QVIBVS DAM SVA.] Potest duplex esse sen-

tentia. Siue, alijs alii seruiunt; quidam sibi, & affectibus suis. Siue etiam, alijs premuntur alieno imperio; quidam grauantur suo, ut Principes & magistratus, quibus ipsi honores onera & sarcina sunt.

<sup>198.</sup> VNO LOCO.] Quod propriè de relegatis in certum locum, eoque clausi, verum.

<sup>199.</sup> SACERDOTIA.] Nam Flaminus Diali (exempli causa) noctem vnam manere extra urbem nefas. Simile in Flamine Martiali, Quirinali, olim: nec licitum iis extra Italiam ire, ne sacra defererentur. Apud Grecos, aliosq; Barbaros talia.

<sup>200.</sup> DESCRIPTIBUS.] Et distribuentis.

<sup>201.</sup> PEDEM.] Pedaturam, modis uero. An pedem etiam pro solo & areâ capimus? quia id adfici & corporis scilicet imum, & cui stat innotescit.

<sup>202.</sup> PROPE POSITA.] De Irâ, III. cap. VII. In vicinum spes exeat. adde.

<sup>203.</sup> ALLVIDENTIA.] Quæ velut se offerunt blande, & ostentant.

<sup>204.</sup> IN PLANVM.] Ex alto, in humile & equum.

<sup>205.</sup> NISI CADENDO.] De Clement. I. cap. VIII.

<sup>206.</sup> SVFFIXOS.] Ut Prometheus ille in rapere: ut cruciarius aliquis in ligno.

<sup>207.</sup> HVMANA LEGE.] Vox legis parum conuenit. libri, humana large. Fuerit, humanitate, largâ & benignâ manu.

<sup>208.</sup> SEVENTES.] Id est, sequiores tristioresq; Libri tamen scripti secundos: nec spernem omnino. Vti sequens, & secundarius panis, opponuntur primaris.

rius pendeant. Nihil tamen æquè hos ab his animi fluctibus vindicauerit, quām semper aliquem incrementis terminum figere: nec fortuna arbitrium desinendi dare, sed scipios, multo quidem citra extrema, hortentur consistere. Sic & aliquæ cupiditates animum XI. acuent, sed finitæ: non in immensum incertumque producent. <sup>209</sup> Ad imperfectos & mediocres, & malè sanos, hic meus sermo pertinet, non ad sapientem. Huic non timide, nec pedetentim ambulandum est. tanta enim fiducia sui est, vt obuiam fortunæ ire non dubitet, nec vim quam loco illi cessurus sit: nec habet vbi illam timeat: quia non mancipia tantum, possessionesque, & dignitatem, sed corpus quoque suum, & oculos, & manum, & quidquid est cariorem vitam facturum, sequere ipsum inter <sup>210</sup> precaria numerat, viuitque ut comodatus sibi, & reposcentibus sine tristitia redditurus. Nec ideò est vilis sibi, quia scit se suum non esse: sed omnia tam diligenter faciet, tam circumspicit, quām religiosus homo sanctusque solet tueri <sup>211</sup> fidei commissa. Quandocumque autem reddere iubebitur, non queretur cum fortunâ: sed dicet: Gratias ago pro eo quod posiedi, habuique. <sup>212</sup> Magnâ quidem res tuas mercede colui: sed quia imperas, cedo gratus libensque. si quid habere me tu volueris, etiam nunc seruabo: si aliud placet, ego verò <sup>213</sup> factum signatumque argentum, domum, familiamque meam reddo, restituo. Appellauerit natura, quæ prior nobis credidit. & huic dicemus, Recipe animum <sup>214</sup> meliorem quām dedisti: non tergiuersor, nec refugio. paratum habes à volente, quod non sentienti dediti. aufer. Reuerti <sup>215</sup> vnde veneris, quid graue est? malè viuet, quisquis nesciet bene mori. Huic itaque primum rei premium detrahendum est, & spiritus <sup>216</sup> inter seruitia numerādus. *Gladiatores* (<sup>217</sup> ait Cicero) <sup>218</sup> invisos habemus, si omni modo vitam impetrare cupiunt: fauemus, si contemptum eius preferunt: idem euenire nobis scias. Sæpe enim causa moriendi est, timide mori. Fortuna illa quæ ludos sibi facit, Quò, inquit, te reseruem, malum & trepidum animal? cò magis conuulneraberis & confodieris, quia nescis præbere iugulum. At tu & viues diutius, & morieris expeditius, qui ferrum non subductâ ceruice, nec manibus oppositis, sed animosè recipis. Qui mortem timebit, nihil vimquâ pro homine <sup>219</sup> viuo faciet. at qui scit, hoc sibi cum concipere Catur, <sup>220</sup> statim condicatum, viuet ad formulam: & simul illud quoque eodem animi robore præstabit, ne quid ex his que eueniunt, subitum sit. <sup>221</sup> Quidquid enim fieri potest, quasi futurum prospiciendo, malorum omnium impetus molliet. qui ad preparatos expectantesq; nihil afferunt noui: securis, & beata tantum spectantibus, graues eueniunt. Morbus enim, captiuitas, ruina, ignis, nihil horum repentinum est. Sciebam in quām tumultuosum me <sup>222</sup> contubernium natura clusisset. totiens in viciniâ meâ <sup>223</sup> conclamat

CAP. XI. 209.] AD IMPERFECTOS.] *Alij libri*, imperitos: *at meus virumque iungit*, Ad imperitos, imperfectos, & mediocres. Tamen alterum redundat: & imperitu, *ἀπασθλοι*, Stoicâ linguis sum plebey, nec sapientes.

210. PRECARIA.] Habet inter res non proprias, sed vnu datas. Nam definitum, Precarium esse, quod precibus vtendum datur, quamdui is qui concedit patitur.

211. FIDEI COMMISSA.] *Qne non ciuibus verbis (atq; 16<sup>o</sup>) sed precatiue relinquuntur: penitentia, ex fide & pudore heredum.* A te heres peto, fideique tuae committio, vt hereditatem reddas restitutas illis, atque illis.

212. MAGNA MERCEDE.] *Magnâ mede impenia & curia tempus trini, ingenium & sensus in iis occupant.*

213. FACTVM.] *Opere & arte factum. Opponitur Rudi. Verba ex formulâ videntur.*

214. MELOREM.] *Virtute & sapientia factum.*

215. Vnde VENERIS.] *In celum & astra, quo rumpars (Stoico dogmata) animus.*

216. INTER SERVITIA.] *Omnis scripti, & bonus ille meus: in seruitia. Facimus, inter villa.*

217. AIT CICERO.] *In ea pro Milone.*

218. INVISOS HABEMVS.] *Vide me Saturn-II. cap. XXII.*

219. VIVO.] *Vnus è meis vilius: nec difficit ex eo, viuus. Pro homine, effet dignum homine.* D

220. STATIM.] *Foric, statum. ex veteri formulâ: Status, condicatus cum hoste dies.*

221. QVID Q VID ENIM FIERI.] *Dogma pernabile, & viuam mentitus firmiter inserendum! Socrates aiebat: Ωτερ οὶ Κενδρά τα λεοντες, τὰ αγόρε τὸν χειμῶνα ἐχασσι εροῦσαν οὐκ οἱ Κενδρά φοροῦντες, καὶ τα ποδέ την αὐτούς ταντοι μάζασι βοστυπατα. Sicut iij qui in tranquillo & sereno nauigant, parata etiam instrumenta habent, quæ in tempestate sine vnu: sic qui in bonâ fortunâ sapient, contra aduersam auxilia expedient.*

222. CONTUBERNIVM.] *In domum me clausum, in quâ luctus, curæ, miserie cohabitarent.*

223. CONCLAMATVM EST.] *Super mortuo & funere.*

224. FAX

A matum est, totiens præter limen immaturas exsequias <sup>224</sup> fax cereusque præcessit: saepe altius ruentis ædificij fragor sonuit: multos ex his quos forum, curia, sermo, mecum contraxerat, nox abstulit, & vinclitas ad sodalitium manus <sup>225</sup> copulatas intercidit. Mirer aliquando ad me pericula accessisse, quæ circa me semper errauerunt? Magna pars hominum est, quæ nauigatura, <sup>226</sup> de tempestate non cogitat. Numquam me in bonâ re mali pudebit auctoris. <sup>227</sup> Publius tragicis comicisque vehementior ingenii, quotiens mimicas ineptias, & verba ad <sup>228</sup> summam caueam spectantia reliquit, inter multa alia <sup>229</sup> cothurno, non tantum <sup>230</sup> sipario, fortiora, & hoc ait:

<sup>231</sup> Cuius potest accidere, quod cuiquam potest.

Hoc si quis in medullas demiserit, & omnia aliena mala, quorum ingens quotidie copia est, sic adspicerit, tamquam illis liberum & ad se iter sit: multò ante se armabit, quam petatur. Serò animus ad periculorum patientiam, post pericula, instruitur. Non putauit hoc futurum. numquam hoc euenturum credidisse. Quare autem non? Quæ sunt diuitiae, quas non egestas, & faines, & mendicitas à tergo sequatur? Quæ dignitas, cuius non prætextam, & <sup>232</sup> augurale, & <sup>233</sup> lora patricia, & sordes comitentur, & <sup>234</sup> exportatio, & nota, & mille maculae, & extrema contemptio? Quod regnum est, cui non parata sit ruina, & proculatio, & dominus, & carnifex? nec magnis ista interuallis diuisa, sed horæ momentum interest <sup>235</sup> inter solium, & aliena <sup>236</sup> genua. Scito ergo, omnem conditionem versabilem esse: & quidquid in ullum incurrit, posse in te quoque incurgere. Locuples es? numquid ditor <sup>237</sup> Pompeio? cui cùm Caius vetus cognatus, hospes nūius, <sup>238</sup> aperuisset Cæsar's domum, <sup>239</sup> vt suam cluderet, desuit panis & aqua: cùm

<sup>240</sup> tot

<sup>224.</sup> FAX CEREVSQUE.] Scribo ad cap. ultimum De Breuitate vite.

<sup>225.</sup> COPULATAS.] Melius Copulatisque, pro hac quidem lectione. Repperi in ora unius libri, Capulus: nempe ille feralis & funebris. At ego ex C lectione veteri eruam: & vinclata ad sodalitium manus, copulatus intercidit. Cum quo manus vinclata ad ambulandum, sive & quicum amicitiam datis dextris iunxisti, ille deseruit, & subita morte cecidit.

<sup>226.</sup> DE TEMPESTATE.] Est imago, quam iam è Socrate protuli.

<sup>227.</sup> PVBLIVS.] Syrus, patriæ cognomento: cuius pauca sententia, sed proba, existant.

<sup>228.</sup> SVMAM CAVEAM.] Ad minutam plebem: cuius in theatris ibi locus. Nos in Amphitheatro.

<sup>229.</sup> COTHVRNO.] Tragædiis.

<sup>230.</sup> SIPARIO.] Festus: Siparium, genus veli mimicum. Inuenialis: - vocem Damasippe locasti. Sipario. Apuleius: Auleum tragicum remoueto, & siparium scænicum complicato. Tertullianus contra Valentini, cap. I. & XIV.

<sup>D</sup> <sup>231.</sup> C VIVIS POTEST.] Simillimè Xenophon: οὐτα διδούσιν δέ τις σεργόσαντα: Quemque hominem quæcumque exspectare conuenit. Phocylides:

Kοντά τοῦτον τούτον ὁ βίος, τρόχος ἀστος:  
οὐλος:

Communes casus, vita, orbis, & instabilis sors.

<sup>232.</sup> AVGVRALE.] Quid vocis aut rei, nescio. An Auguralem, & vellum purpuram, sacerdotum capimus? An lituum accipimus, Augurum in signe?

<sup>233.</sup> LORA PATRICIA.] Malleos, sive lunatos patriciorum calceos. Statius:

Patriciaq; puer signat vestigia Lunæ.  
Si tamen & hac lectio certa. Sunt qui de Bullâ capiant: male. ingenuorum enim ea, non tantum patri-

ciorum. Denique ex auro (excipio libertinos) non loro. Tria videtur iungere, Magistratus, Sacerdotes, Nobiles.

<sup>234.</sup> EXPORTATIO.] In insulas, que Deportatio magis dicta. Sufficabar & Exsputatio, contemptus extremi signum.

<sup>235.</sup> INTER SOLIVM.] Thronum regium, sublimem sedem. Virgilus:

Praefatus diuos, solio rex infit ab alto.

<sup>236.</sup> GENVA.] Sententia. Horæ statio hac vertita possunt, ut qui in alto sedisisti vite arbitre, cuius genua supplices tanzebant; idem de cœli, adoluare aliena genua. Plinius: Hæc (genua) supplices tangunt, ad hæc manus tendunt, hæc vt aras adorant.

<sup>237.</sup> POMPEIO.] Muretus Prolomaco vellet.

Et vero opum causâ interfectum cum Dio & Zonaras notam: sed interfectum (à æternæ vox Graca est) non inedia & simulatione benivolentia sublatum. Adde, quod de hoc Ptolomeo mox nominatim: neque verisimile, bis eundem hominem iteratum. Denique ordine suo de Diuitibus tantum hic præmittit; mox de Dignitate præditis; tum de Regibus, ut in monitis iam posuerat. Itaque Pompeium aliquem intellegi, ciuem Rom. & Senatorem verius: an filium Sexti illius Pompeij, qui Consul cum Sex. Apuleio, ultimo Augusti anno fuit? Nam hic dicitur, cognatus Caij suis: atquin & ille cognatus Augusti, Dion. Ita enim libro L VI. cum istos nominasset: εἰπὼν οὐ γένεις, τον τοιούτος αὐτῆς κόρης ή ποχος: Nam illi, cognati cùm essent Cæsar's Augusti, magistratum gerebant. Itaque hoc de cognatione conueniat: & de filio, quam de ipso potius, qui mortuus videtur in Tiberi adhuc Principatu. Colliges ex Valerij libro IV. cap. vii.

<sup>238.</sup> APERVISSET.] In Palatum suum, velut per honorem, recipisset: ut contubernalis ei esset.

<sup>239.</sup> VT SVM.] Meus, & suam. Vironis modo,

O 3 suam

<sup>240</sup> tot flumina possideret in suo orientia, & in suo cadentia, mendicauit stillicidia: <sup>241</sup> f<sub>2</sub>. A me ac siti perit, in palatio cognati, dum illi <sup>242</sup> heres <sup>243</sup> publicum funus esurienti locat. Honoribus summis functus es? numquid aut tam magnis, aut tam insperatis, aut tam vniuersis, quam Seianus? <sup>244</sup> Quo die illum senatus deduxerat, populus <sup>245</sup> in frusta diuisit: in quem quidquid congeri poterat, dix hominesque contulerant; ex eo nihil superfuit, quod carnifex <sup>246</sup> traheret. Rex es? non ad Crœsum te mittam, qui rogum suum & <sup>247</sup> escendit iussus, & extingui vidit, factus non regno tantum, sed etiam <sup>248</sup> morti sua superstes: non ad Iugurtham, quem populus Romanus <sup>249</sup> intra annum quam timuerat, spectauit. Ptolemæum Africæ regem, Armeniae Mithridatem, inter Caianas custodias vidimus. <sup>250</sup> alter in exsilio missus est: <sup>251</sup> alter ut <sup>252</sup> meliori fide mitteretur, operabatur. In tantâ rerum, sursum ac deorsum euntium, versatione, si non quidquid fieri potest, pro futuro habes, das in te vires rebus aduersis: quas infregit, quisquis prior vidit. Proximum ab his erit, ne aut in superuacuis, aut <sup>253</sup> ex superuacuo laboremus: id est, ne aut quæ non possumus consequi, concupiscamus: aut adepti, cupiditatum vanitatem nostrarum serò, post multum pudorem, intelligamus. id est, ne aut labor irritus sine effectu sit, aut effectus labore indignus. Ferè enim ex his tristitia sequitur, si aut non succedit, aut successus pudet. Circumcidenda est concursatio, qualis est magna parti hominum, domos, & theatra, & fora pererrantium. Alienis se negotiis offerunt, semper aliquid <sup>254</sup> agentibus similes. Horum si aliquem exeuntem domo interrogaueris: *Quid tu? quid cogitas?* respondebit tibi: *Non mehercule scio: sed aliquos videbo, aliquid agam.* Sine proposito vagantur, quærentes negotia: nec quæ destinauerunt, agunt, sed in quæ incurrerunt. Inconsultus illis vanusque cursus est, qualis formicis, per arbusta repentibus: quæ in summum cacumen, deinde in imum inanes aguntur. His plerique similem vitam agunt, quorum non immiterò quis <sup>255</sup> inquietam inertiam dixerit. Quorū

XII.

fiuum valet eius. Sententia est, Ideò recipit in suam domum, ut tamquam heres domum eius clauderet & obsignaret.

<sup>240</sup> TOT FLVMINA.] Si de rege, nihil miri: immo & plura addidisset. Sed est de priuati hominis opibus, que olim tantæ. Nostræ epist. LXXXIX. Ager viii domino, qui populum cepit, angustus est. Quoniamque arationes vestras porrigitis, ne PROVINCiarum quidem satiatione contenti circumscribere prediorum modum? Illustrum FLVMINVM per priuatum decursus, & AMNES MAGNI, magnarumque gentium termini, VSQVE AD OSTIVM A FONTE, vestri sunt. Hoc quoque parum est, nisi latifundiis MARIA CINXISTIS, nisi trans Hadriaticum, & Ionium, & Ægeum, vester villicus regnet. Addæ De Benef. IIII. cap. VIII. item Admiranda nostra, lib. II.

<sup>241</sup> FAME AC SITI.] Non ergo propriæ interficiuntur, aut percussus: quo verbo Suetonius in illo Ptolemaeo v. ius, cap. XXXV.

<sup>242</sup> HERES.] Catus.

<sup>243</sup> PVBLICVM FVNVS.] Per honorem. Ita enim ludebat hic homo (sicut appellandus) & mori cum cœgit, se herede: & publicis deinde exequiuntur, quasi fato suo funerum, honestauit. Mirum in Suetonio aut Dione hanc rem non tangi: sed quis omnia eius monstrosi scelerata?

<sup>244</sup> QVO DIE.] Nam putabatur Tribunicia potestate, id est, consortio & successione imperij donandus (Dionem video:) atque ita letus, & magno comitatu, in Senatum venit. ibi retentus, & in vincula mox datus.

<sup>245</sup> IN FRVSTA.] Cadaver eius in Gemonias abiectum, totum triduum iacuit, & populus illusit.

<sup>246</sup> TRAHERET.] Vnco, vltoriis in Tiberim. <sup>C</sup> <sup>247</sup> ESCENDIT IVSSVS.] Ex quibusdam librū scribam: rogum suum & accendi, rursus & extinguiri. Nec displiceat alia lectio: & accendi viuus & extinguiri. Vtrumque horum ad historiam, quam in Herodoti I. habes.

<sup>248</sup> MORTI SUPERST.] Superfuit non regno solum, cum id sibi perisset, sed pâne morti, quam certam decretari effugit.

<sup>249</sup> INTRA ANNVM.] Haud ita verè, immo quinto decimæ anno, quam capitum bellari cum co. debellatum est: & ipse à C. Mario triumphatus.

<sup>250</sup> ALTER IN EXSIL.] Nempe Mithridates. Tacitus XI. Annalium: Mithridates, quem imperitasse Armeniis, & ad presentiam C. Caesaris vectum vindictumque memorauit (in librū, qui perierunt:) monente Claudio, in regnum remeauit. Idem in Dionis LX.

<sup>251</sup> ALTER.] Ptolemaeus, Iude F. & M. Antonij ex Selenâ filiâ nepos: ideoq; Cato consobrinus. Suetonius Calig. cap. XXVI. Dio LX.

<sup>252</sup> MELIORI FIDE.] Apparet ergo damnatum quidem exsilio, sed per viam interfectum. Itaque operabatur mutu in exsilio, sed bonâ fide.

<sup>253</sup> EX SUPERVACVO.] In vanum, & ubi non opus. Linius lib. II. Ad præcaendum vel ex superuacuo.

<sup>CAP. XII.</sup> <sup>254</sup> AGENTIBVS SIMILES.] Qui sunt φιλοφράγοις μόνες μέλλοντες μονεμονε: negotia amantes potius, quam agentes, ut Grexi eleganter dicunt. Nostræ alibi Satagios id genus appellat.

<sup>255</sup> INQVIETAM INERT.] Ita Horatius: Streuua nos exercet inertia.

<sup>256</sup> AVT

A rundam, quasi ad incendium currentium, misereberis: usque eò impellunt obuios, & se aliosque precipitant: cum interim cucurrit, aut salutaturi aliquem non resalutatum, aut funus ignoti hominis prosecuturi,<sup>256</sup> aut iudicium saepe litigantis, aut sponsalia saepe nubentis, & lecticam affectati, quibusdam locis &<sup>257</sup> ipsi tulerint. deinde domum cum superuacuâ redeentes lassitudine, iurant nesciile seiplos, quare exierint, ubi fuerint, postero die erraturi per eadem illa vestigia. Omnis itaque labor aliquò referatur, aliquò respiciat.<sup>258</sup> Non industria inquietos, & infanos, sed falsæ rerum imagines agitant. nam ne illi quidem sine aliquâ spe mouentur, proritat illos alicuius rei species, cuius vanitatem capta mens non coarguit. Eodem modo vnumquemque ex his, qui ad augendam turbâ exeunt, inanes & leues caussæ per urbem circuducunt, nihilq; habentem in quo laboret,<sup>259</sup> lux orta expellit: & cum multorum frustra liminibus<sup>260</sup> illis usus nomenclator persalutavit, à multis exclusus, neminem ex omnibus difficilius domi, quam se, conuenit. Ex hoc malo dependet illud tærrimû vitium, auscultatio, & publicorum secretorumq; inquisitio, & multarum reru scientia,<sup>261</sup> quæ nec tutò narrantur, nec tutò audiuntur. Hoc secutum puto Democritum,<sup>262</sup> ita cœpisse: *Qui tranquille volet viuere, nec priuatim agat multa, nec publicè: ad superuacua scilicet referentem.* Nam si necessaria sunt, & priuatim & publicè, non tantum multa, sed innumerabilia agenda sunt: ubi verò nullum officium soleme nos citat, inhibenda actiones sunt. Nam qui multa agit, sepe fortunæ potestatem sui facit: quam tutissimum est raro experiri, ceterum semper de illâ cogitare, & sibi nihil de fide eius promittere. Nauigabo, nisi si quid incidenterit: & prætor siam, nisi si quid oblitererit: & negotiatio mihi respondebit, nisi si quid interuenerit. Hoc est, quare sapienti nihil contra opinionem dicamus accidere. non illum casibus hominum excepiimus, sed erroribus: nec illi omnia ut voluit cedunt, sed ut cogitauit. in primis autem cogitauit, aliquid posse propositis suis resistere. Necesse est autem leuius ad animum peruenire destitutæ cupiditatis dolorem, cui successum non vtique promiseris. Faciles etiam nos facere debemus, ne nimis destinatis rebus **xiv.**

**C** indulgeamus.<sup>263</sup> transeamus in ea, in quæ nos casus deduxerit: nec mutationes aut consilij

**256. AVT IUDICIVM.**] *Dicitiuncula insertâ legam, aut ad iudicium.*

**257. IFSI TULERINT.**] *Ita solent officiosi isti: ubi turba, & arcta sine & torrida via. Martialis:*

*Lecticam sellamque sequar? nec ferre recuso.*  
Per medium properas sed prior ire lutum.

**258. NON INDUSTRIA.**] *Fincianus ex contextu:* Inanis industria inquietos, ut infanos, fascerat. Imag.

**259. LUX ORTA.**] *Nam primo die salutabant. Martialis:*

Prima salutantes atque altera continet hora.

**D** **260. ILLISUS NOMENCLATOR.**] *Tanquam ipse salutator Nomenclatoris vice fungatur, & nomine tantum dicto (Haue Marce) abeat. Sed scripta lectio nomenclatores prescribit, quasi nec Dominos quidem videris, exclusus, & saltē salutarit Nomenclatores. Mibi videbatur, illisum nomenclator resalutavit. Dominus non resalutavit, mutus astigit, sed eius vice Nomenclator. Sive & ioco se, Nomenclator resalutat ore domini, cui verbum indit.*

**261. QVÆ NEG TVTO.**] *Vt de regibus, de principiis.*

**262. ITA COEPISSE.**] *Initium fecisse libri sui τοιωθυμίας, sive De tranquillitate. Ipsi per rā Graeca sunt in Stobei Serm. De Felicitate: τὸν ἐν θυμῷ τὸν μέλλοντα, δεῖ βέβαιον μὲν γίνεσθαι: Aristoteles aiebat. Quandoquidem res non succedunt, ut volumus; at nos velimus, ut succedunt. Arislongius scitum: Κούρητε μὲν ἔργον ἀγαθοῦ, εἰς τὰς τῆς σωτηρίας μεταβολας ἀρισταδης αὐτοὶ δὲ σοφοι,*

sed nec quæ adsunt & se dant, supra vires aut naturam tollere. *Cladis pulcherrimè: οὐδὲ εὐογχίν, άσφαλέστερ τῆς μεγαλογίν: Parua enim moles aut sarcina, tutior semper magnâ & tumente. Eu-*

*ripides confronat:* *To τολλά τράσιν, εἰς τὸν τραπέζην βίσ:*

Resagere multas, tuta vita haud est via.

**Iterumque:**

*O γιοδὲ τράσιν τολλά, μὴ τράσιν ταρόν,*  
*Μάρε, ταρότον τηνδέως έτραγυστα:*  
*Qui multa agit, cum non agere ea liberum,*

*Elt stultus, in quiete viuere cui siet.*

*At Plutarchus tam in libello De tranquillitate, hanc Democriti gnomem carpit: Ο μέρην τησσαρά, δεῖ τὸν ιδιαίτερον μέλλοντα, μὴ τράσιν τράσιν, μήτεδι μέτρη την, τραπέζην καθίστοι γνωρίμην ὥνον ἀτραξεις: Qui dixit, tranquillum futurum, non multa agere debere nec priuatim nec publicè, primū is Tranquilitatem magno vænalem proponit, vt pote inertiam parabilem. Carpat mibi immota & sancta est: ac Seneca noster satis interpretatur. Adde eudem De Irâ III. cap. VI.*

**CAP.XIV. 263. TRANSEAMVS IN EA.]**  
*Αειστίλης εἰτερον. επειδὴ μὴ γίνεται τὰ τράγυματα ίσι βελόνεσσα, δεῖ βέβαιον μὲν γίνεσθαι: Aristoteles aiebat. Quandoquidem res non succedunt, ut volumus; at nos velimus, ut succedunt. Arislongius scitum: Κούρητε μὲν ἔργον ἀγαθοῦ, εἰς τὰς τῆς σωτηρίας μεταβολας ἀρισταδης αὐτοὶ δὲ σοφοι,*

Silij aut status pertimescamus: dummodo nos leuitas, inimicissimum quieti vitium, non A excipiat. Nam & pertinacia necesse est anxia & misera sit, cui fortuna saepe aliquid extorquet: & leuitas multo grauior, nusquam se continens. Vtrumque infelatum est tranquillitati, & nihil mutare posse, & nihil pati. Utique animus ab omnibus externis in se reuocandus est, sibi confidat, se gaudeat, sua suspiciat: recedat, quantum potest, ab alienis, & se sibi applicet, damna non sentiat, etiam aduersa benigne interpretetur. Nuntria-to<sup>264</sup> natfragio, Zeno noster, cum omnia sua audiret submersa: <sup>265</sup> Iubet, inquit, me fortuna expeditius philosophari. Minabatur<sup>266</sup> Theodoro philosopho<sup>267</sup> tyrannus mortem, & quidem infelulam. Habes, inquit, cur tibi placeas: <sup>268</sup> hemina sanguinis in tua potestate est. nam quod ad sepulturam pertinet, o te ineptum, si putas interesse, <sup>269</sup> supra terram, an infra putrescam. <sup>270</sup> Canius Iulus, vir in primis magnus, cuius admirationi ne hoc quidem obstat, quod<sup>271</sup> nostro saeculo natus est, cum Caio diu altercatus, postquam abeunti<sup>272</sup> Falaris ille dixit, Ne forte inepta spe tibi blandiaris, <sup>273</sup> duci te iussi: Gratias, inquit, ago, optime princeps. Quid senserit, dubito: multa enim occurruunt mihi. Contumeliosus esse vo-B luit, & ostendere quanta crudelitas esset, in qua<sup>274</sup> mors beneficium erat. An exprobrauit illi quotidiana dementiam? agebant enim gratias, & <sup>275</sup> quorum liberi occisi, & quorum bona ablata erant. An tamquam<sup>276</sup> libertatem libenter accepit? Quidquid est, magno animo respondit. Dicit aliquis: Potuit post hanc iubere illum Caius viuere. Non timuit hoc Canius. nota erat Caij in talibus imperiis<sup>277</sup> fides. Credisne illum, <sup>278</sup> decem medios usque ad supplicium dies, sine villâ sollicitudine exegisse? verisimile non est, quæ vir ille dixerit, quæ fecerit, quæ in tranquillo fuerit. Ludebat<sup>279</sup> latrunculis, cum centurio agmen periturorum trahens, & illum quoque citari iubet. Vocatus, numerauit calculos, & sodali suo, Vide, inquit, ne post mortem meas mentiaris te vicisse. Tum an-

nuens

*τρόπος τὰς τῆς τύχης: Gubernatoris boni officium, ad ventorum mutationes se aptare; viri autem sapientis, ad fortunæ.*

<sup>264.</sup> NAVFRAGIO.] *Cum purpuram Tyro ventalm adueberet in Graeciam, iuxta Pyram nautum friggit: atque annos natus XXX. ad Cratetem se applicauit.*

<sup>265.</sup> IVBET ME.] *Diogenes Laertius effert: Eu γε ποιοῦ ή τύχη, φερτιλαθενσαίμας φιλοσοφία: Benne Fortuna egit, quæ impulit me philosophari. Et iterum: Νῦν εὐπλάσια, ὅτε vivaciora: Nunc bene vident sum, cum nauem fregi.*

<sup>266.</sup> THEODORO.] *Cyrenaica sc̄ēte, & qui diu illudens Atheus cognominatus est.*

<sup>267.</sup> TYRANNVS.] *Lysimachus rex.*

<sup>268.</sup> HEMINA.] *Belle dictum. & reuera e modo sanguinis educto, vita potest educi. Alii tamen libri, vena sanguinis. At Cicero v. Tuscul. & ex eo Valerius lib. vi. cap. ii. aliter efferrunt: Enimvero magnifica restibi contigit, quia Cantharidis vim afflccutus es.*

<sup>269.</sup> SVPRA TERRAM.] *In cruce. sine infelatu, οὐδὲ τοι κυνέοτι.*

<sup>270.</sup> CANIVS.] *Libri scripti Canus, aut Kanus: & ita appellandus. Nam Iulus ei nomen fuit, Canus cognomen: quod tamen preponit Seneca, ut Tacitus, Plinius, Suetonius crebro, more illius cui. Meminit huius viri Boettius Consolat. Philos. I. Pros. iv. Responditsem Cani verbo, qui cum à C. Cesare (nempe Caligula) Germanici F. conscius contra se factæ coniurations dicetetur: Si ego, inquit, scismem, tu nefcilles. Forte & arguum dictum: Ego si inter eos, ad rem cito, non ad verba iſſem. Et causam una carceris eius mortis, disco, Coniurations crimen, illius, nisi fallor, Lepidiane: de qua Suetonius in Epist. XCVIII.*

*ninus in Caio, cap. XXIV. & Dio LIX. Est & alias Canius Martialis, Hieronymo, alias q; sed diversus ab ipso, & in poëtarum clæſſe.*

<sup>271.</sup> NOSTR. SÆCVLO.] *Nam vetera miramus tantum: & magnâ virtute opus est, que presentis inuidia nebulas perrumpat.*

<sup>272.</sup> FALARIS.] *Benè, comparat Romanum tyrrannum cum illo Siculo, & nomine eius signat. Vulgati tamen libri, Fallaris: at utrumque spreuerat Muretus.*

<sup>273.</sup> DVCI.] *Ad supplicium.*

<sup>274.</sup> MORS BENEFIC.] *Itaque gratias agebat, quasi iam absolutus, nec inter lentes illas meritis tractus. Sic Tiberius euidam mortem petenti, Nondum tecum in gratiam redij, inquit.*

<sup>275.</sup> QVORVM LIBERI.] *Nam ut Panegyricus, in simili sanitate, att: Fleri non licebat amissa, metu reliquorum. Serenos ergo nubilis mentibus vultus indebamus, & ad illorum vicem, qui degustato Sardorum graminum succo feruntur in morte ridere, imitabamur latos marentes.*

<sup>276.</sup> LIBERTATEM.] *Hoc opinor, & dignum philosopho erat.*

<sup>277.</sup> FIDES.] *Non solet reuocare sententias mortiseras, nec mitigare.*

<sup>278.</sup> DECEM MEDIOS.] *Ex Sc<sup>a</sup> Tiberiano, de quo Suetonius in Tib. cap. LXXV. Senatus consulto cautum erat, ut poena damnatorum in decimum diem semper differretur. Causa in Dion. lib. LVII. quia damnatio tunc ferre a Senatu: & Princeps filius aliquod & cognitionem seruari etiam volebat. Vide nostra ad Taciti Annalem III.*

<sup>279.</sup> LATRVNCVLIS.] *Martialis: Infidiforum si ludis bella latronum. Vide in Epist. XCVIII.*

280. PHI-

A nuens centurioni : *Testis*, inquit, *eris*, *vno me antecedere*. *Lusisse tu Canium illâ tabulâ putas?* illusit. Tristes erant amici, talem amissuri virum. *Quid mæſti*, inquit, *estis?* *Vos queritis, an immortales animaſ sint:* ego iam ſciam, nec defuit, in ipſo veritatem fine ſcrutari, & ex more ſuo quæſitionem habere. Proſequebatur illum <sup>280</sup> philofophus ſuūs: nec iam procul erat <sup>281</sup> tumulus, in quo Cæſari <sup>282</sup> Deo noſtro ſiebat quotidianum ſacrum. *Quid, inquit, Cani nunc cogitas? aut que tibi mens eſt?* Obſeruare, inquit Canius, proposui illo velocifimo momento, an ſenſurus fit animus, exire ſe. promiſi que, ſi quid exploraret, circumiturom animos, & indicaturum quis eſlet animarum ſtatus. Ecce in mediâ tempeſtate tranquillitas: ecce animus æternitate dignus, qui fatum ſuum in argumentum veri vocat: qui in vltimo illo gradu poſitus, exēunte animam percontatur: nec uſque ad mortem tantum, ſed aliquid etiam ex ipſâ morte diſcit. Nemo diutiū philofophatus. ſed <sup>283</sup> non raptim relinquetur magnus vir, & <sup>284</sup> cum curâ dicendus, <sup>285</sup> dabimus te in omnem memoriam, clariflimum caput, Caiana cladi <sup>286</sup> magna portio:

Sed nihil prodeſt

B priuatae triftitiae cauſas abieciſſe. Occupat enim nonnumquam <sup>287</sup> odium generis humani, & occurrit tot ſcelerum felicium turba, cum cogitaueris, quām ſit rara ſimplicitas, quām ignota innocentia, & vix uim quam, niſi cū expedit, fides, & <sup>288</sup> libidinis luca <sup>289</sup> damnaque pariter inuifa, & ambitione uſque eō iam le ſuis non continens terminis, ut <sup>290</sup> per turpitudinem ſplendeat. Agitur animus <sup>291</sup> in nocte, & velut euſſis virtutibus, quas nec <sup>292</sup> ſperare licet, nec <sup>293</sup> habere prodeſt, tenebrae oboriuntur. In hoc itaque flendi ſumus, ut omnia vulgi vitia non inuifa nobis, ſed ridicula videantur: & <sup>294</sup> Democritum potius iimitemur, quām Heraclitum. Hic enim quoties in publicum proceſſerat, flebat: ille ridebat. huic omnia quæ agimus, miseria; illi ineptia videbantur. Eleuanda ergo omnia, & facili animo ferenda. humanius eſt deridere vitam, quām deplo- rare. Adiuce, quōd de humano quoque genere melius meretur qui ridet illud, quām qui luget. Ille ſpeſi bonæ aliquid relinquit: hic tamen ſtulte deſter, quæ corrigi poſſe deſperat. & <sup>295</sup> vniuersa contemplatus, maioris animi eſt, qui riſum non tener, quām qui lacri- mas. quando leuiſſimum affectum animi mouet, & nihil magnum, nihil ſeuerm, nec ſerium quidem, ex tanto appetatu putat. Singula, propter quæ lati ac tristes ſumus, ſibi quifque proponat, & ſciat verum eſſe, quod Bion dixit, *Omnia hominum negotia ſimilia* <sup>296</sup> imitii eſſe, nec eſſe vitam illorum magis ſanctam aut ſeuerm eſſe, <sup>297</sup> quām conceptus inchoatos.

Sed

<sup>280.</sup> PHILOSOPHVS SVVS.] Forte, vnuſ. Eſi proceribus domi ciuiam Philofophi.

<sup>281.</sup> T M V L V S.] An Agger Tarquinij: an extra urbem potius locutus, in quo Caius ſupplicia ſu- mebat?

<sup>282.</sup> DEO NOSTRO.] Ludit amare, nam Deus audire & haberi Caius volet, atque adeò hoſtias ſibi immolari. En, inquit, hoſtias noſtri Saturni, hu- manas.

<sup>283.</sup> NON RAPTUM.] Sufpetum, eſi ſententia Dvidetur: non eſſe raptum & in transiſu dicendum magnū enī. At verba examinata huic non faciunt.

<sup>284.</sup> C V M C V R A.] Salluſtian dicitio, alibi iam nota.

<sup>285.</sup> DABIMVS TE.] Dediſſi, per te quoque Ca- num nouimus, & noſcemos, quamdiu litteris Romani hoſtos aut uita erit.

<sup>286.</sup> MAGNA PORTIO.] Ingentium dannorum, que orbi intulit, tu vnuſ magna pars.

CAP. XV. <sup>287.</sup> ODIVM.] Ut in Timone ali- quo uiraz ſpōrēt.

<sup>288.</sup> LIBIDINIS LVCRA.] Cum homines vides, qui per libidinem diſtantur. — qui testamento- merentur Noctibus.

<sup>289.</sup> DAMNAQUE.] Alios contrā, qui in amice ſiūm ſua & ſe egerunt.

<sup>290.</sup> PER TVRPIT.] Famam in dedecore querat, iactet ſe in ambitu & corruptela.

<sup>291.</sup> IN NOCTEM.] Id eſt, caligo oboritur, & ma- jitia, fuga & odium verum hominumq.

<sup>292.</sup> SPERARE LICET.] In aliis, aut ab aliis.

<sup>293.</sup> HABERE.] In ipſo ſe, non eſt iis preſum.

<sup>294.</sup> DEMOCRITVM POTIVS.] Adeo De Irâ, 11. cap. x.

<sup>295.</sup> VNIVERSA CONTEMPL.] Nec male, vni- uerſe contemplanti, nempe alteri alicui: vel, vni- uerſe contemplatus.

<sup>296.</sup> INITIIS.] Ita plerique scripti, & meus. af- ſenior planè Pinciano, mimicus, ex eo facienti. Ne- gotia hominum, ſunt ut mimica: nihil magnum, nihil ſeuerm, ac ne ſerium quidem ex tanto ap- petatu, ut ane dixit. Poeta Gracius:

Σωνὶ ταῦτα βιος ηγη πάλγον:

Scena omnis vita eſt & iocus.

& communis adagio, Vita minus. Vide epistolam LXXXII. Alij tamen libri, nuptiis. ex quo aliquis, nundinis diuitet. Sanè Pythagoras dicitabat τὸν πιονίους παντερόπου: vitam adiunclim nundinis eſſe. ad quas alij certaturi venirent; alij negotia- turi; optimi quicque ſpectaturi tantum. Quod ex eo etiam alibi Menander.

<sup>297.</sup> QVAM CONCEPTVS.] Scripti ferè, con- ceptus

Sed satius est, publicos mores & humana vita placidè accipere, nec in risum, nec in lacrimas excidere. Nam alienis malis torqueri, aeterna miseria est: alienis delectari malis, voluptas inhumana. sicut illa inutilis humanitas, flere, quia aliquis filium efferat, & frontem suam fingere. In tuis quoque malis id agere te oportet, vt dolori tantum des quantum poscit, non quantum consuetudo. Plerique enim lacrimas fundunt, vt ostendant: & toties siccus oculos habent, quoties<sup>298</sup> spectator defuit: turpe iudicantes, non flere, cum omnes faciant. Adeo penitus hoc se malum fixit, ex alienâ opinione penderre, vt in simulationem etiam simplicissima res, dolor veniat. Sequitur pars, quæ solet non immerito contristare, & in solitudinem deducere, vbi bonorum exitus mali sunt. Ut, Socrates cogitur in carcere mori,<sup>299</sup> Rutilius in exilio viuere, Pompeius & Cicero<sup>300</sup> clientibus suis præbere cervicem: Cato ille, virtutum viua imago, incumbens gladio, simul de se ac de Repub.<sup>301</sup> palam facere. Necesse est torqueri, tam iniqua præmia fortunam persoluere, & quid sibi quisque nunc speret, cum videat pessima optimos pati? Quid ergo est? vide quomodo quisque illorum tulerit: & si fortes fuerunt, ipsorum animos desidera; si muliebriter & ignave periære, nihil perii. Aut digni sunt, quorum virtus tibi placeat: aut indigni, quorum desideretur ignavia. Quid enim est turpius, quam si maximi viri timidos fortiter moriendo faciunt? Laudemus toties dignum laudibus, & dicamus:<sup>302</sup> *Tanto fortior, tanto felicior!* humanos effugisti casus, liuorem, morbum: existi ex custodiâ: non tu dignus malâ fortunâ Diis visus es, sed indignus in quem iam aliquid fortuna posset. Subducentibus verò se, & in ipsâ morte ad vitam respectantibus,<sup>303</sup> manus iniiciendæ sunt. Neminem flebo letum, neminem<sup>304</sup> flemem. ille lacrimas meas ipse abstergit; hic suis lacrimis efficit, ne vallis dignus sit. Ego Herculem steam, quod viuus vritur: aut Regulum, quod<sup>305</sup> tot clavis configitur: aut Catonem, quod<sup>306</sup> vulnera sua fortiter tulit? Omnes isti leui temporis impensa inuenierunt, quomodo æterni fierent: ad immortalitatem moriendo venerunt.<sup>307</sup> Est & illa solitudinum non mediocris materia, si te anxiè componas, nec vlli simpliciter ostendas: qualis multorum<sup>308</sup> vita est, ficta, & ostentationi parata. Torquet enim affectiva obseruatio sui, & deprehendi alter, quam solet, metuit: nec vimquam curâ solui-mur, vbi toties nos æstimari putamus, quoties aspici. Nam & multa incident, quæ in uitios denudent: & vt benè cedat tanta sui diligentia, non tamen iucunda vita, aut secu-ra est, semper<sup>309</sup> sub persona viuentium. At illa quantum habet voluptatis,<sup>310</sup> sincera & per se ornata simplicitas, nihil obtendens moribus suis? Subit tamen & hæc vita contemptus

ceptus nichilo natu: aut (*ut & meus*) conceptum nichilo natu. *Divinabat Pintianus*, quam concubitus in his actos. *Nec placet, nec melius video, & fileo.*

**298. SPECTATOR.]** *Martialis in quandam:*  
Amissum nō flet, cum sola est Gellia, patrem:  
Siquis adeft, iussa profiliunt lacrimæ.  
Non dolet hic, quisquis laudari Gellia querit.  
Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

**299. RVTILIVS.]** *Vide Senecam De Prouident.*  
*cap. IIII. atque alibi.*

**300. CLIENTIBVS.]** *Pompeius Septimio, qui*  
*olim ordines sub eo duxerat: Cicero Popillio, quem*  
*defenderat.*

**301. PALAM FAC.]** *Virumque perisse uno tem-*  
*pare. Nam solus Cato pro Republicâ: alijs, pro alio.*  
*Epiſtolâ CIV. Videbis illinc plebem, hinc optimates,*  
*duos in medio relictos, Rempublicam, & Ca-*  
*tonem. Quod ad phrasim porro; Palam factum,*  
*surpant in funere tam certo & conclamato. Cicero,*  
*ad Quirites post redditum: Nondum palam factum*  
*erat concidisse temp. Vide me, si lubet, i. Elector.*  
*cap. X.*

**302. TANTO FORTIOR.]** *Landandi & exhor-*  
*tandi formula, de quâ in Epifl. LXXI.*

**303. MANVS INITIENDÆ.]** *Vel ut vapulent,*  
*vel ut compellantur abiire.*

**304. FLENTEM.]** *Quem cum Lucretio impre-  
potius: Aufer abhinc lacrimas balathro, & com-  
pesce querelas.*

**305. TOT CLAVIS.]** *In arcâ lignâ exstantibus,*  
*in quam coniectus. De Prouid. cap. IIII.*

**306. VVLNERA SVA.]** *Hæc scriptorum, & edi-  
torum ferè, lectio. At Muretus, quod vulnus suum*  
*iterauerit: sed merum coniectaneum. Cui si locus, fa-  
ciam, quod vulnera sibi fortiter intulit?*

**307. EST ETILLA.]** *Parum nexa: ut plura in  
hoc libello.*

**308. VITA EST FICTA.]** *Luciliiano verſu.*  
*Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.*

**309. SVB PERSONA.]** *Ritu his trionum.*

**310. SINCERA.]** *Meus liber, sui cauſa: quod  
caue dannes.*

**311. MVL-**

A temptus periculum, si omnia omnibus patent. sunt enim qui fastidiant, quidquid propter adierunt. Sed nec virtuti periculum est, ne admota oculis reuilescat: & satius est simplicitate contemni, quam perpetua simulatione torqueri. Modum tamen rei adhibeamus. multum intereat, simpliciter viuas, an negligenter. <sup>311</sup> Multum in se recedendum est. conuersatio enim dissimilium, bene composita disturbat, & renouat affectus, & quidquid imbecillum in animo, nec percuratum est, exulcerat. Miscenda tamen ista, & alteranda sunt, solitudo & frequentia. Illa nobis faciet hominū desiderium, hæc nostri: & erit altera alterius remedium. odium turbæ sanabit solitudo, tedium solitudinis turba. Nec in eadem intentione æqualiter retinenda mens est, sed ad iocos reuocanda. Cum pueris <sup>312</sup> Socrates ludere non erubescet: & <sup>313</sup> Cato vino laxabat animū, curis publicis fatigatum: & Scipio triumphale illud & militare corpus mouit <sup>314</sup> ad numeros. non molliter se infringens, vt <sup>315</sup> nunc mos est, etiam <sup>316</sup> incessu ipso ultra mulierem mollietem fluentibus, sed vt illi antiqui viri solebant, <sup>317</sup> inter lusum ac festa tem-  
B pora, virilem in modum tripudiare, non facturi detrimentum, etiam si ab hostibus suis spectarentur. Danda est remissio animis: <sup>318</sup> meliores acrioresque requieti surgent. Vt fertilibus agris non est imperandum: citò enim exauriet illos numquam intermissa fecunditas: ita animorum impetus assiduus labor frangit. <sup>319</sup> Vires recipient paullum resoluti, & remissi. Nascitur ex assiduitate laborum, animorum hebetatio quædam, & languor: nec ad hoc tanta hominum cupiditas tenderet, nisi naturalem quamdam voluptatem haberet lusus iocusque: quorum frequens vifus, omne animis pondus, omnemque vim eripit. Nam & somnus refectioni necessarius est: hunc tamen si per diem noctemque continetes, <sup>320</sup> mors erit. Multum interest, <sup>321</sup> remittas aliquid, an soluas. Legum conditores festos instituerunt dies, vt ad hilaritatem homines publicè cogarentur: tamquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. Et magni, <sup>322</sup> vt dixi, viri quidam sibi <sup>323</sup> menstruas certis diebus ferias dabant: quidam nullum non diem, inter & otium & curas, diuidebant. quem Pollionem Asinium, <sup>324</sup> oratorem C magnum, <sup>325</sup> meminimus: quem nulla res ultra <sup>326</sup> decimam retinuit. <sup>327</sup> ne epistolas qui-

<sup>311.</sup> MVLTVM IN SE.] *Disinxerim*. an neglegenter: multum. In se recedendum est. *Vt adfirmandi causâ, bis reperatur illud* Multum.

<sup>312.</sup> SOCRATES.] *Et quidem in arundine equitando. Vide Valerium VIII. cap. VIII.*

<sup>313.</sup> CATO.] *Horatius*: Narratur & prisci Catonis Sape mero caluisse virtus. *Etsi* hoc ad alium referri, & priorem, potest: sed de isto *Vicensi, Plutarchus*: iam matriorem totas noctes in mensa egisse; sed sine codem, quem Seneca dixit. Itaque bene Cicero, cum Memmius Catoni obiceret Totas noctes potare: & Cur non addis, inquit, Totos dies aleam ludere?

D <sup>314.</sup> AD NVMEROS.] *Ad modulos. Persius:*  
- ad numeros satyri moucare Bathylli.

<sup>315.</sup> NVNC MOS EST.] *Seneca pater*: Cantandi saltandiq; obscena studia effaminatos tenent, & mollitie corporis certare cum feminis, nostrum adolescentium specimen est.

<sup>316.</sup> INCESSV IPSO.] *Seneca*: Tenero & molli ingressu viri suspendimus gradum, non ambulamus, sed incedimus.

<sup>317.</sup> INTER LV SVM.] *Quidam scripti, ludos. nec id male. Per tempora festa, & ludus feriis que destinata.*

<sup>318.</sup> MELIORES.] *Dio Chrysostomus*: Ai γραντες της πολιτειας ικανοποιησι. κηρυχος, κηλων, κηρυκης ανημαζει δι αιγαλαιων: Re-

missiones, præparamenta ad labores sunt. & artus, & lyra, & homo, vegetantur quiete.

<sup>319.</sup> VIRES RECIP.] *Statius*: - vires instillat alitque Tempestua quies.

<sup>320.</sup> MORS ERIT.] *Plato, VII. De Legib.* Τοιονδον δικαιολογει, επει τοις σωμασιν, επει ταις ψυχαις ημεν, επει ταις φρεσκοστησι ταις σωματικαις ταις ταῦταις μεμονωθεισι κατεύθυνται. Κατεύθυνται διδικτεις, επει μαλλιον τη μη λόγων: Somnus multus, neque corporibus, neque animis nostris, sed nec actionibus utrorumque conuenit per naturam. Nam qui dormit, nullius pretij reisque est, haud magis quam si non viuat.

<sup>321.</sup> REMITTAS.] *Valerius*: Otium industriae subiecti debet, non quo euanscit virtus, sed quo recreatur.

<sup>322.</sup> VT DIXI.] *Non dixisti. Iego, didici, accepi.*

<sup>323.</sup> MENSTRVAS.] *An menstruis potius?*

<sup>324.</sup> ORATOREM.] *De quo Horatius*: Insigne maiestis praedium reis, Et consulenti Pollio Curiae. *Addit Plin. VII. cap. XXX. Valerium VIII. cap. XI. Senecam patrem, Praefat. libri IV. Controv.*

<sup>325.</sup> MEMINIMVS.] *Pueri vidimus sub Augusto.*

<sup>326.</sup> DECIMAM.] *Cane & curæ corporis definiatam.*

<sup>327.</sup> NE EPISTOLAS.] *Quod Archia tyranno Thebarum*

quidem post eam horam legebat, ne quid nouæ curæ nasceretur: sed totius dici lassitudinem duabus illis horis ponebat. Quidam medio die <sup>318</sup> interiunxerunt, & in postmeridianas horas aliquid leuioris opere distulerunt. Maiores quoque nostri <sup>319</sup> nouam relationem, post horam decimam, in senatu fieri vtabant. Miles <sup>320</sup> vigiliis diuidit, & nox <sup>321</sup> immunis est ab expeditione redeuntium. Indulgendum est animo: tandemque subinde otium, quod alimenti ac virium loco sit: & in ambulationibus aperitis vagandum, ut cælo libero & multo spiritu augeat attollatque se animus. Aliquando vectatio iterque, & mutata regio, vigorem dabunt, conuictusque & liberalior potio: nonnumquam & vsque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, sed ut <sup>322</sup> deprimat. Eluit enim curas, & ab imo animum mouet: & vt <sup>323</sup> morbis quibusdam, ita tristitia medetur: Liberque non <sup>324</sup> ob licentiam linguae dictus est inuentor vini, sed quia liberat <sup>325</sup> seruitio curatum animum, & afferit, <sup>326</sup> vegetoremque & <sup>327</sup> audaciorem in omnes conatus facit. Sed vt libertatis, ita vini salubris moderatio est. Et Solonem, <sup>328</sup> Arcesilaumque induluisse vino credunt. Catoni ebrietas obiecta est: at <sup>B</sup> facilius efficiet, quisquis obiecerit, hoc <sup>329</sup> crimen honestum, quam turpe Catonem. Sed <sup>330</sup> nec saepre faciendum est, ne animus malam consuetudinem ducat: & aliquando tam in exultationem libertatemque extrahendus, tristisque sobrietas remouenda paullisper. Nam, siue <sup>342</sup> Graeco poëtae credimus, aliquando & insanire iucundum est: siue <sup>342</sup> Platoni, frustra poëticas forces compos sui pepulit: siue <sup>343</sup> Aristoteli, nulum

*Thebarum usurpatum, male cessit. Nam super coniunctionem allata epistola, qua indicum coniuratio habebet, reiecit, cum voce, Eic, aie sev r̄a awoða: In crastinum feria. Sed crastinum non vidit. Plutarch. in Pelopide.*

**328. INTERIUNXERVNT.]** Ab aurigis meta phora, qui Interiungere dicuntur, cum quiescunt leviter & pausat: Abiungere, cum plane. Martialis:

hora laflos Interiungit equos meridiana. Idem: Et cum currere debeas Bouillas, Interiungere queris ad Camcenas. Seneca Epist. LXXXIII. Breuissimo somno vtor, & quasi interiungo. Significat autem, eos in meridie aliquid cibo, & dein somno dedisse: mox redisse ad operas, sed leviores. Plutarchus in Quæst. Rom. i. μετανυπνια τέτοιη, ἵνα τοῖς ωλόδοις τὰ δημοσία καὶ αὐτὸς αὖτε ἀρδετος: Mendies multis finem facit publica & feria tractandi.

**329. NOVAM RELATIONEM.]** Ut noua res deliberanda à Consule proponeretur. Hoc idem, vel ut corpora curarent, vel quia Secum post occasum solem factum, nec ratum quidem erat: Agellius XLIV. cap. vii. Et Jane si tam sero noua relatio, priusquam perrogate sententia, eo ventum fuisset.

**330. VIGILLAS DIVIDIT.]** In quaternas: & eas singulas, trium horarum. Nos abunde in Militia.

**331. IMMUNIS.]** Exeyfuntur à vigiliis, qui de die in expeditione, & contra hostem, alibi fuerunt.

**332. DEPRIMAT.]** Abdurat & deducat nonnihil animos, in altioribus curis intentos & erectos.

**333. MORBIS.]** Melancholicus (nos experti sumus) aut frigidis.

**334. OB LICENTIAM.]** Varro: Liber à libendo, quod lubrica mens ebrij, quod liber, prolabatur.

**335. SERVITIO CURV.]** Homerus:

Οὐοὶ τοι μέριδαι Στοιχίοντας αἱροῦνται  
Οντοῖς αἱρετοῖς θύπουνται μελεθῶνται:

O Menelae, dij vinum fecere beati, Vt curas animi pellat mortalibus acres.

**336. VEGETOREM QVE.]** Quidam libri, vegetaque, probe etiam, vide Nonium. Antiphanes poeta suauis imagine arborum ad hanc rem vittatur, que iuxta fluenta assita, & semper irrigata, optimè crescunt.

**337. AVDACIOREM.]** Horat. Post te ne que iratos timentem Regum apices, neque militum arma.

**338. ARCESILAUM.]** Qui ob lauritias & canas, dictus est alter Aristippus: Diogenes ineius viua. Sed hic Academicus: at nec Zeno ille Stoicorum princeps abhorruit, qui natura severus, in coniuvio rogatus cur hilaresceret? Etlupini, inquit, amari, vbi maduerint, dulcescunt. Sed & idem aiebat: πρέπει τον εἶναι τοῦ ποστὸν διάλεκτον, ἢ τὴν γλωττήν: Melius pedibus lapsare, quam linguā: in ebrietatis excusationem.

**339. CRIMEN HONESTVM.]** Quia in Catone scilicet, viua imagine virtutum, nihil in honestum.

**340. NEC SÆPE.]** Horat. Misce stultitiam confitilius breuem.

**341. GRÆCO.]** Anacreonti. cuius illud exstat: Σέλω, Σέλω μανῆναι: Volo, volo insanire.

**342. PLATONI.]** Plures tale aliquid Plato: sed Seneca nunc certò locum adspicit hunc in Phaedro: Οὐοὶ δὲ ἀρέται μετανιῶν διατηταὶ διεγένενται, τεινόμενοι ὡς ἀρέται τὰ τέχνην ἴσχαντος ἀποτελεῖσθαι, ἀπέλθοντες τὰ κατὰ τὸν αἰσθητικὸν φασίδην: Quisquis sine furore forces poëticas pepulit, persuasius quod arte solâ poëta posuit euadere; si conatus sui irritus, & item poësis eius, abeunt siue pereunt. Ideo & à vino poëtam iuuari perebuit, gutta mentem sufficiat ac mouet. Cratinus:

Οὐοὶ τοι χαριεῖται μέριδαι Στοιχίοντας αἱροῦνται  
Vinum est instar equi, gestat tollitq; poëtam.

**343. ARISTOTELI.]** Non hac ipsa verba hodie

A lum magnum ingenium sine mixturâ dementiæ fuit. Non potest grande aliquid & supra ceteros loqui, nisi mota mens. Cùm vulgaria & solita contemptis, instinctuque sacro surrexit excelsior, tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali. Non potest sublime quicquam & in arduo positum contingere, quamdui apud se est. Desciscat oportet à solito, & efferratur, &<sup>344</sup> mordet frānos, & rectorem rapiat suum: coqu ferat, quò per se timuisset escendere. Habes, Serene carissime, quæ possint tranquilitatem tueri, quæ restituere, quæ surrepentibus vitiis resistant. Illud tamen scito, nihil horum satis esse validum, rem imbecillam seruantibus, nisi intenta & assidua cura circumeat animum labentem.

*bodie in Aristotle: sed Problematis Sect. xxx. questione prima est: Cur homines qui ingenio claruerunt, vel in studiis Philosophiæ, vel in républícâ, vel carmine pangendo, melancholici omnes fuerunt? Quò Cicero 1. Tuscul. adspexit; Aristotle quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse. Fortasse & nunc Seneca: quia Melancholia dementiæ assidet.*

*344. M O R D E A T.] Ut equi feroces, & in-*

*domiti.*



P L. AN-